

DISQVISITIO PHILOLOGICA

DE

PIETATE &
ENOCH

QVAM

VNA CVM SVBIVNCTIS EX VNIV

POSITIONIBV

A V S P I C E

ADNVENTE SACRA FACVLTAT

P R A E S I D

PLVRIMVM REVERENDO, PERQVAM EXIMIO, I

VIRO AC DOMIN

P. CAIETANO

IN IMPERIALI MONASTERIO S. MIC

PROPE BAMBERGAM ORDINIS S. BEN

THEOLOGIAE DOCTORE, IN HAC A

VNIVERSITATE HISTORIAE ECCLESIASTICA

ET ORDINARIO, SACRAE FACVLTAT

ADSESSORE

PRO LICENT

SVMMOS IN THEOLOGIA

RITE CAPESEN

PLACIDO ERVDITORVM

SVMITTIT AVTHOR ET R

IOANNES HEBER BV

PHILOSOPHIAE DOCTOR, Ss. THEOLO

PRINCIPALIS ERNESTINI SEMINARIII A

Die 27 Novembr. MDCC

H. L. Q. C.

Typis Ioannis Georgii Klietsch, Almae V

LOGICO-EXEGETICA

DE
& FATIS
CHI,

V. A. M.
X VNIVERSA THEOLOGIA
ONIBVS
E DEO,

FACULTATE THEOLOGICA,
ESIDE

EXIMIO, DOCTISSIMO, RELIGIOSISSIMO
DOMINO

ANO ROST,

D. S. MICHAELIS ARCHANGELI
S. S. BENEDICTI PROFESSO, Ss.

N HAC ALMA BAMBERGENSIVM

ESIASTICAE PROFESSORE PVBLICO

FACULTATIS THEOLOGICAE

SESSORE

CENTIA

OLOGIA HONORES

APESSENDI

TORVM EXAMINI

OR ET RESPONDENS

R BVRGKVNSTADIANVS,

THEOLOGIAE BACCALAVREVS,

MINARI ALVMNVS PRESBYTER,

MDCCLXXXIX.

Q. C.

Almae Vniuersitatis Typographi.

110011

Diligite homines , interficite errores , sine superbia de veritate
praesumite , sine faevitia pro veritate certate.

S. *Augustinus.*

S 1235

68

89

73



DISQVISITIO PHILOLOGICO-EXEGETICA DE PIETATE ET FATIS ENOCHI.

P R A E F A M E N.

Prima mortalium aetas duos nouit ENOCHI nomine insignitos, seniore, iuniorem. Alter patre Caino natus, patre Jaredo alter, e posteris Sethi. A seniore nomenclationem obtinuit ciuitas, a Caino in honorem filii sui maioris natu exstructa, quam ab eius nomine *Chanoch* adpellauit, Gen IV. 17. *Henochiam* vocat Rufinus Iosephi vetus interpres. Haec conditarum urbium quotquot vnquam fuerunt in orbe terrarum, prima & antiquissima noscitur. Enochus iste filium habuit *Irada*, qui in bibliis graecis vetustioribus corrupte *ραιδας* nuncupatur. Id emendari potest ad priscam consuetudinem legendi *Gairad* s. *Airad* i. e. עירר: quanquam in Hieronymo & Sulpitio *Irada*, quod hodie etiam legunt, scribuntque Graeci interpretes. Iosephus hunc cum *Jaredo* confundit, qui fuit Pater Enochii s. Iunioris. Error nimis manifestus. Sed nomen vnum cum altero permutare, et praesertim minus notum cum noto, tam crebrum in antiquitate, vt mirari desinas. Porro ne quis culpam in librariorum coniciat, sciendum apud antiquum Iosephi translatores Rufinum etiam *Jared* inueniri. De seniore haec nunc de iuniore,



niore, de quo potissimum instituta haec Disputatio. Igitur Enochus iunior filius Jaredi, qui diem suum obiit anno mundi 1422 in septima aetate a. M. 622. primam lucem adspexit. Annum aetatis agens sexagesimum quintum genuit Matufalam, auum Noachi, qui vnus omnium quam diutissime vitam transegisse perhibetur. Tum mares, tum foeminas plures suscepit, copiosae posteritatis auctor, Gen. V. 22. Vitam coram Deo rectam instituit; quare quum compleffet annos trecentos sexaginta quinque, *non adparuit, quia tulit eum Deus.* Haec enim de eo extant diuinarum scripturarum effata Gen. V. 24.

וַיִּתְחַלֵּךְ חֲנוֹךְ אֶת־הָאֱלֹהִים וַיִּנְנוּ
כִּי־לָקַח אֱתוֹ אֱלֹהִים

*Ambulauitque Enoch cum Deo & non adparuit,
quia tulit eum Deus.*

Adducti certe Elogii genus tale est, quod arrectos suspensosque animos in se conuertere, seduli cuiusque lectoris studium acuere, & ingenium sciendi auidum ad meditandum penitiusque inuestigandum excitare debet. Enochus multarum inter eruditos controuersiarum segetem ac materiam dedit: ego, quae mea est tenuitas ingenii, dabo operam, vt non quae s. veris s. incertis sermonibus prodiderunt alii, sed quae genuina sacrarum litterarum monumenta referant; palam legentium oculis animisque faciam. Quas quidem lineas ne transeam, primo de Enochii probitate vitae, postea de eius translatione, demum de reditu sub finem saeculi pauca disserere mecum constitui.

* In libris antiquioribus tam graecis, quam latinis *Enoch* scriptum omissa adspiratione, quae tamen in codicibus Hebraeorum occurrit: quod accidisse credo non tam interpretum culpa, quam vitio Librariorum, qui ad hanc notam non tam sollicitè olim mentem oculosque aduerterunt, *Vmerus* scribentes pro *humerus* & *Abel* pro *Habel* & mille id genus alia, vt videre est in textu $\tau\omega\upsilon$ LXX, & aliis libris veteribus passim.

CAPVT I.

DE ENOCHI PROBITATE VITAE.

§. I.

ויהלך את-האלהים

Verbum הלך, idem quod ילך vagae significationis est, Hebraeis admodum familiare. More sacrarum litterarum plerumque ferme denotat *ire, incedere, vitam agere*, & pro diuersa structura etiam *mori*, moriturus equidem eo discedit, quo solet omne genus hominum. (a) Per *viam* autem designatur quodcunque vitae genus, quod quis instituit, aut sequendum sibi putat. Vnde, *cum Deo ambulare* phraisi scripturarum adferuntur, quorum vita concordat cum voluntate legeque diuina, iuxta quod scriptum est Hamos III. 3. *nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis?* Praecipue autem id dici legimus de viris sanctitate conspicuis, vt de Noacho, de quo quum prius adseuerasset sacer textus, esse virum iustitiae & integritatis laude facile principem, loco complementi addidit: *את-האלהים התהלך-נח cum Deo ambulauit* Gen. VI. 9. (b) Contra qui suo indulgentes genio praecepta domini contempnunt, diuina humanaque iura violant, & in omne scelus nefario ausu ruunt, non in via aut lege Domini, sed in *prauitate cordis, in via mala, in tenebris, secundum hominem ambulare*

A 2

dicun-

- (a) Confer selecta veteris testamenti capita historici argumenti hebraice, adornata a Guil. Frid. Hufnagel in notis p. 137 & p. 163.
- (b) כִּרְרַתִּי Singularum dictionis vim continet, quae laudem viri sic adauget, vt nihil magis. Nam incorruptam vitam ducere inter corruptissimos, non est cuiusuis. Tales prouerbio audiunt rosae inter spinas. Recte Chrysostomus, *bene agere inter virtutis hostes & inter eos, qui virtutem prohibent, maius semper virtutis pondus testatur. Vnde hac ratione iustus ille maiores laudes nactus est.* Et enim perfectus erat inter



dicuntur. (c) Quam ob rem licet aliter ab aliis acceptam esse hanc sententiam haud dissimulem, ad tamen vna est eademque consentiens vox omnium, Enochum ea vitae probitate inclaruisse, vt prae oculis semper Deum haberet praesentem, in omni opere modestiam, sanctitatem, religionem prae se ferret, essetque Deo Deique voluntati per omnia consentiens, perinde vt homo cum homine, amicus cum amico, cum Domino suo famulus vbique & indiuisse incedens illi per omnia consentit, illi in omnibus se conformat (d).

inter malos, qui eum nitentur verbis & exemplo trahere ad malum: quanto clarior eius virtus enitisset, si vixisset in generatione Mosis vel Samuelis? — Belle Martial. de Nerua 12. 6.

*Nunc licet & fas est, sed tu sub principe duro
Temporibusque malis ausus es esse bonus.*

Et Seneca de benef. 3. 25. *quanti viriest, inveniri in publica perfidia fidelem?* —

(c) 4. Reg. XXI. 22. impietatem Regis Amon, 2. Par. XXI. 20 impietatem Ioram, psalm. LXXX. 5, LXXXVIII. 31. prou. V. 6. Ierem. XIII. 10, 1 Cor. III. 3. & alibi profligatorum hominum sceleratam vitae licentiam hac loquendi ratione exprimi offendis.

(d) Vide sis Pererium comment. in gen. lib. VII. q. 4. Estium comment. in caput XI. Epist. ad Hebraeos. Menochium in commentar. totius sacrae scripturae tom. I. p. 13. *Charakteristik der Bibel von Aug. Hermann Niemeyer T. I. S. 55., 56.*

§. II.

Sed iuuat ipsos audire interpretes: Targum Onkelos vertit *et ambulauit Enoch in timore Dei*, non dixit in iustitia, sed in timore Dei, qui nihil aliud, quam pietas est, imo initium omnis iustitiae et probitatis. Ionathan et autor hierosolymitanae verba Mosis sic explicant, *et seruiuit in veritate coram Domino; et coluit Enochus Deum sincere*: seruit autem in veritate Domino, qui eum vere colit, vere in-

inquam, qui non probiorem se quam sit, mentitur, adulterata virtutis specie, nec latentem intus nequitiam quibusdam quasi velis ob- tendit. Graeci LXX. interpretes sensum magis, quam verba red- dunt και ευρησθησεν Ενωχ τω θεω quam vocem constanter retinuerunt. Duo videlicet hac voce designari viderunt, et studium seruiendi Deo, et conatui votoque respondentem euentum. Quo quidem eodem verbo ευρησθησεν vsi sunt syracides, autor sapientiae, et Apostolus in Epistola ad Hebraeos: iam enim antea, quam aliorum transferretur, testimonium obtinuerat, quod sanctimonia vitae placuisset Deo.

- * Probe animaduertit Philo, sacras litteras praeconio, quo hominem queunt, amplissimo ornare, si quem placuisse Deo pronuntient: *κατι γενοιτ' αν εν τη φυσει κρειττων της καλοκαγαθιασ ευρησστατος ελεγχος*, quo quid esse potest in rerum natura potius? quum sit mani- festissimum honestatis ac probitatis indicium. Lib. de Abrahamo in vi- ta Noachi.

§. III.

Ego quidem diuum Paulum sequutus את-דאלהים התהלך signifi- care reor *seruire Deo*, in publico esse ministerio Dei et fungi of- ficio sacerdotali. Verbum enim הלך si in Hithpael cum לפני con- struitur, saepe denotat *seruire*. Nempe seruientem Hebraei plerum- que dicunt stare (עמד) coram Domino, paratum ad iussa facienda; e) sed quia his auditis discursat, agit, exequitur, *ambulare* etiam et *discursare* dici potest. Sacerdotum enim est, assidue cum Deo in precibus, sacrificiis, sacrisque actionibus conuersari; ipsi enim sunt angeli et mediatores Deum inter et homines, quos proin hebraeus concinne pro more suo *ambulare* vocat. Sic quidem iam ex anti- quis aliqui praeiuerunt, vt Chaldaei interpretes Jonathan et autor hierosolymitanae, qui locum Enoch reddidere בלח קדם יהוה *ser- uiuit Deo*, quod ipsum gen. XVII. 1. XXIV. 40. XLVIII. 15. de- no-

notatur. Eodem pariter referendum est, quod LXX. pro מתהלך habent *ευαγεστω*, non placere, sed seruire. * Est haec verisimillima, ac prope certa explicatio, coniugationi Hithpael inprimis apta, quae ex origine est passiuua; itaque ex הלך *ire*, הלך foret, *iter facere*, *ire iubere*, התהלך *iussu alicuius ambulare*, eius iussu exequi: ita tamen, vt de honorificentissimi tantum muneris functione phrasin hanc usurpari suis quisque oculis introspicere queat. Insignis locus i. Reg. II. 35. de sacerdote, quem Deus eligit לההלך לפניו משרתי *munere suo fungetur coram rege meo*, cui nempe subiectus est et seruit; quin ipso de rege, munere suo fungente i. Reg. XII. 2. מתהלך חנה המלך (republicam administrans) לפניכם, *ecce Rex vester munere fungens coram vobis.* (f) Huc et merito referri debet Malach. II. 6. vbi paulum mutata constructione, et in kal, de sacerdotibus et leuitis ponitur בשלום וכמישר הלך אתי i. e. ministerio meo functus est, ורבים השיב מעון, vbi egregie vulg. vertit: *in pace et aequitate ambulauit mecum, et multos auertit ab iniquitate.* Enochus ergo Deo soli inferuiuit, et quum alii quoque id temporis quod nullus negauerim, erant pii et sancti, certe innuitur, cum rebus diuinis vnice vacasse, arctius et familiarius Deo adhaesisse. Vnde Moses vitam reliquorum Patriarcharum narratione exponens: *factum est*, inquit, *omne tempus vitae, tot fuerunt numero dies, tot vixit annis* e. s. p. At vero quum integra Enochi vita adsiduus esset Dei cultus, quum omnem aetatem Deo consecraret, Deo inferuaret: ad remunerandam, quod fas erat, probitatem viri singularem et inusitatam singulari et inusitato vtitur sermonis genere: *Deo seruiuit, functus publico ministerio et sacerdotio altissimi.*

(e) vid. cl. Hufnagel lib. cit. in elegantissimis notis ad textum hebraicum p. 32.

(f) a lapide comment. in h. I. Tom. I. edit. Antverp. p. 102. Perill. Ioh. David Michaelis supplementa ad lexica hebraica P. II. p. 532 Eiusdem

Eiusdem deutsche Uebersetzung des alten Testaments, mit Anmerkungen für Ungelehrte. T. II. S. 32.

LXX. το התהלך constanter reddunt per συναρσθησαι: vnde in eam facile cogitationem inducimur, graecae huic voci Alexandriae, vbi sacra Biblia in graecum translata sunt, ex vsu linguae Alexandrinae suam et propriam subesse significationem, nempe *seruire*. Idque vt pro certo habeamus, eo magis inde persuademur, quod συναρσθησαι iisdem etiam in locis non semel legas, vbi commode, et enodatius *seruire* vertas, *placere* minus apte, nec sine multa difficultate. sic psal. XXXV. 14. התהלכתי לי כרע-כנח לי התהלכתי tenebras inferis textui vertendo, *quasi proximum, et quasi fratrem nostrum, sic complacebam*. Potius ipsa verba: *ὡς πλησίον, ὡς ἀδελφόν ἡμετέρον οὖτοις ἐυρσθησαι*, hunc planiorem ingerunt sensum: *inimicis meis ita seruiui, quasi amicus, quasi frater meus esset, qui aegrotat*. Porro vim verborum ps. CXVI. 9. התהלך לפני יהוה בארצות החיים minus adsequuti sunt LXX vertentes: *συναρσθησαι ενωπιον κυριου εν χωρα ζωντων*, nisi hoc sensu intelligantur: *Liberatus a periculis (iuxta vers. praec.) in seruiam Deo & cultui eius seruentius & absque obstaculo vacabo, ubicunque terrarum fuero*, vt legenti culque innotescit e versibus mox sequentibus 13. 14. 16. 17. 18. 19. Manifesto demum argumento est nobis Gen. XXXIX. 4. vocabulum hebraicum וישרת גותן, quod certe nihil significat aliud, nisi *seruiuit ei* s. vt bene vulg. *ministrabat tui*: vbi in graeco των LXX iterum legitur *ἐυαρσθη αυτω*. Nec leuia huius significatus vestigia deprehendere licet in Philone lib. *deterius insidiari potiori* Vol. I. edit. Mangey p. 204., lib. de profugis p. 559., vol. II. lib. de sacrificiis Abel & Cain p. 172. item eodem hoc significato *συναρσθησαι* in N. T. occurrit, vt Gal. I. 10., Ephes. VI. 6., sed ea deducere vberius superfedemus.

§. IV.

Ex dictis fit manifestum, a Mose viuis fat coloribus adumbrari Enochum tanquam amicum paternae & auitae religionis, virum specta.



spectatae ac integerrimae probitatis , & viam virtutis imaginem : res profecto & commemoratione Mosis & nostra attentione dignissima. Enim vero in prima generatione hominum Religio in animis terram incolentium necdum stabile ac firmum habuit domicilium , homo mox fui oblitus creatoris a recto desciiuit tramite , rarus Dei metus , rara adparuit morum innocentia , ipsa virtus corruptelarum illecebris irretita nutare coepit ac inclinari , ita quidem , vt tempore Sethi dissecaretur , & quasi diuisum abiret genus hominum in duas partes , quarum altera piorum scilicet adpellata est de nomine Dei , de nomine Adami altera , nempe impiorum. Mirum hoc primo obtutu cuiquam & paradoxum uideri posset , nisi sacer scriptor rem minime dubiam posteritatis memoriae reliquisset **אז הוהל לקרא בשם יהוה** *tunc vocari coeptum est de nomine Iehouah* * Nempe qui Deum mundi creatorem ac Dominum agnouerunt , eum , quo decet , honore maximo , precibus , sacrificiis ac indefesso labore manuum coluerunt , posterius Sethi , se *filios Dei* adpellarunt , vt ab impiis discernerentur , qui vocati sunt *hominum filii*. (g)

* Textum hebraicum Gen. IV. 26. varii varie explanant ; sed ego vt hoc potissimum accipiam sensu : *tunc incoeperunt homines pii vocari de nomine Dei* , i. e. filii Dei , his moueor rationibus. Imprimis persuasum habeo , in verbis illis Gen. IV. 7. *si bene egeris , erit tibi excellentia* (i. e. prae cellens dignitas , recuperando ius primogeniturae , quod adimendum metuens de fratre necando cogitas) innui , Abelem futurum Adami successorem in Ecclesiae ministerio . Sensus igitur huius loci est , quod nato Enocho , Sethus a Deo & Adamo praefectus erat regendis filiis Dei & sacris ordinandis , eoque munere perfunctus erat , quum Adamus per aetatem vel valetudinem vel occupationes illud obire non poterat , & post eius mortem . Et nisi Deus ius praefecturae Abeli contulisset , diceretur Sethum in locum Caini , non Abelis constitutum fuisse . Nam iure naturae hoc ius ad primogenitos spectasse , nisi Deus aliter prospexerit , res aliunde certa est. Hinc est

est, quod alios Adami filios interea natos & ante Sethum praetermittit Moses, quia praefectos tantum Ecclesiae & verae & falsae exprimere animus erat. Deinde vox סֵט tum actiue tum passiuè eo sensu alibi sumitur, eademque phrasis, quae hoc loco occurrit, vt ps. XLIX. 12. *adpellarunt in i. e. de nominibus suis terras*, confer. Ion. II. 14. Num. XXXII. 42 & praesertim Esa. XLIV. 12, XLIII. 7, LXV. 1. Innuit ergo Sethum & Enochum praepositos fuisse, cum in ecclesiastica politia, tum in ciuili illis, qui *filii Dei* adpellarentur. Accedit quod *semen* illud, de quo sibi gratulatur Adamus, designet feriem quandam perpetuam, in qua tale priuilegium perduret, quae significatio apud hebraeos non infrequens est, vt constat ex Esa. LIX. 21. et aliunde. Denique quod legenti cuique se dat obuiam, initium capituli sexti cum hoc versu plane cohaeret, et caput quintum, quo vnice genealogia Adae ac posterorum per Sethum textitur, mera parenthesi spectari debet; igitur orationis filum cito abrumperet, contraque omnes et docendi et enarrandi leges inuenisset Moses illa Gen. VI. v. 2. *de filiis Dei*, nisi prius, quinam fuissent, indicasset. Huic interpretationi est consentanea Aquilae versio: $\text{τοτε ηρχθη τς κλειν}$ (in Edit. Rom. melius τς κλεισθαι) εν ονοματι κυρις , tunc incoerptum est *vocari de nomine Domini*, vt sensus sit, tunc homines coeperunt vocari Dii et filii Domini. Quam sententiam expressit gallica editio posterior per haec verba *alors on commença, d' appeller du nom du Eternel*. Quod autem graeci ediderunt $\text{στος ηλπισεν επικλεισθαι το ονομα τς κυρις}$, error est interpretantium ליוהוה pro ליוהוה nam ליוהוה sperauit.

- (g) Consul. hoc loco Ioh. Clerici genesis, siue Mosis prophetae liber primus, latine versus cum paraphrasi perpetua, Commentario philologico, dissertationibus criticis quinque et tabulis chronologicis Amstelod. 1693. Rev. Doctor. August. Calmet. commentarium litterale in genesin CIV. 26. *die Bibel alten und neuen Testaments, mit erklärenden Anmerkungen von Wilh. Fried. Hetzel. T. I. S. 65, 66. Ueber die Mosaische Fragmente der ältesten Geschichte des Menschengeschlechts, Einleitung zur Geschichte der Israeliten: vom dem Verfasser der Geschich-*

§. V.

Quae res quum ita se habeat, miror sane, quid causae esse dicam, quod Rabbiorum nonnulli, qui nec pauci sunt, nec infimi subsepii doctores eam imbiberint opinionem, Enochum in fide ac iustitia feruanda sibi non constitisse, ac quum magnas habuisset pronitates in malum, quibus sine difficultate maxima non resistebat, modo libertati, modo iustis operibus sese dedidisse: indeque factum esse fidenter adferant, vt cum sibi Deus sumeret, quo tempore pietatem colebat, ne scilicet ob leuitatem ad impiorum deliramenta rediret. Abierunt in eam sententiam, vt aliquos nomine adpellam, Rabbi Ibbo, cuius mentio fit in Bresith Rabba his verbis: *dicit R. Ibbo, Henoch hypocrita erat, modo iustus, modo improbus: dixit Deus benedictus, dum est iustus, subducam eum.* R. Salomon ad hunc locum *et ambulauit Henoch cum Deo: iustus erat et mente leuis, vt facile redire potuerit ad vitam improbam: ideo properauit Deus ipsum auferre et morti dare ante tempus.* R. Leui filius Gerson, *Hench ambulauit in viis Domini, postquam genuit Matusalam: innuit ipsum prius non ambulasse in viis Domini, sed in viis saeculi sui.* Alii plures similia

§. VI.

At exhibendum est hoc eorum mendacium, nam Hithpael denotat conuersationem cum Deo magnam, intimam atque continuam. Vnde Iunius & Tremellius optime reddunt *ambulauit continenter, sine vlla intermissione temporis*; cuiusmodi verba latini frequentatiua nuncupant. Huc quidem ex vsu hebraico maxime referendum, vbi *וַתְהַלֵּךְ אֱשֶׁר אֵרָצָה* de fulminibus ponitur, vt Exod. IX. 23. quod verti velim, non, *et ambulauit*, sed *decidit coelo delapsus est ignis (fulmen) in terram*, plane vt Arabum lexicographi sub sexta coniuga-

gatione habent, *decidit*, *praeceps ruit*. In Hithpael quoque de tonitru dicitur Gen. III. 8. *audierunt vocem Iehouae Dei* מתהלך בנו quod nolim vertere, *ambulantis in horto*, ac si ipse Iehoua ambulauerit, sed, *itantem per ipsum hortum* i. e. frequenter euntem, vt sic ex propria verbi significatione maius nostrae adfertione robur accedat. Deinde vt bene animaduertit Caietanus, (h) bis de Enocho dicitur, & *ambulauit cum Deo* semel, narrando vitam eius, vsque quo genuit Matufalam, & iterum narrando reliquum vitae eius; ad explicandum, quod ab ineunte aetate profecerit in via Dei, & perseuerarit proficendo in eadem semper. Caeterum Iosephus nobis author, Sethum virtuti imprimis studuisse, & quum vir optimus euasisset, etiam nepotes suis similes reliquisse; en eius verba: ο Σηθος, τραφείσ και παρελθών εις ηλικίαν ηδη τα καλα κρεινει δυναμενην αρετην επετηδευσε. και γενομενος αυτος αριστος, μιμητας των αυτων και απογονός κτελιπεν. (i) * si vir egregius erat Enochus, nec ergo hypocryta, nec improbus. Tum vero praeter Elogium Mosis de Enochii sanctimonia dubitare non sinunt S. Pauli, Siracidis, Autorisque sapientiae clarissima testimonia, de quibus inferius plura. Rationibus iam adlatis adde, si placet, quod posterii Sethi vocentur Gen. VI. *Filii Dei*; *filii Dei* iudice Augustino *sunt*, qui secundum Deum viuunt (k); sed qui inculpata viuendi ratione diuinae voluntati obtemperat, ad normam sanctitatis recto incedit tramite, & integritate morum placet in conspectu Dei, is certe ab impietate & hypocrysi immunis censendus est. Quid multa? quod sine auctoritate diuina adferunt, quam facili negotio deblaterant, tam facili inficior, bene conscius, dicta Rabbiorum non populari quadam trutina, sed artificis statera ad normam veritatis examinanda esse, nec temere iis fidem adhibendam.

(h) Comment. in quinque libros Mosis Tom. I. Edit. Lugd. p. 38.

(i) Antiquitatum Iudaicarum Lib. I. cap. 2.



(k) Lib. XV. de ciuitate Dei cap. 3.

* Non possum, quin adiciam, Sethi pietate in Deum adeo quorundam veterum adfectos esse animos, vt Sethum quadragesimo anno aetatis, Adami ducentesimo septuagesimo subito raptum ab angelis ex hoc orbe contenderunt, & quadraginta integris diebus Mosis adinstar haud visum, quo tempore diuinitus didicisse, filios suos Egregoros dictos peccaturos, & orbem vniuersum aquis inundatum iri, ac praeter paucos periturum, venturum etiam salutis autorem Christum, atque haec omnia, quae arcane & secreto edoctus fuerat ab angelis, primis parentibus reuersum exposuisse, vt Georgius Syncellus p. 10. *parua genesi*, & Matthaeus Raderus S. I. *animaduers. ad Chronicon Alex.* p. 18. *c. fragmento Chronici ex palatina Bibliotheca ab Hoefchelio accepti* referunt: Eorum testimonia collegit solertissimus Fabricius in *Codice Pseudepigrapho veteris testamenti* P. I. p. 142-143. Plenius haec Sethianorum somnia efferuntur apud Epiphanium, haeresi 39. & 40.

§. VII.

Neque vero Enochus ipse *Deo seruiuit*, etiam vt alios suae aetatis ad sincerum Dei cultum alliceret, maximo insuper opere laborauit. Impiorum vero animos terrore percudit, quid exilii ipsis sit euenturum, in posterum praefagens. Quod reuera erumpentibus non ita multo post diluuii aquis funestus nimis docuit euentus. Prophetiae huius clarissima habemus indicia, quorum primum, nec contemnendum valde, est nomen filii ipsius *Metusalach* מְתוּשָׁלַח significat *moriuntur ex telo vel moritur, & tunc telum est, vel moritur & tunc missum est*: vel significat illo mortuo *futuram emissionem* scil. aquarum, vt liquet ex collatione Iobi 10. Itaque ante mille annos Enochus praedixit diluuium in huius nomine. Durante tantum eius vita duraturus erat mundus.

§. VIII.

Prophetia & nomen Enochi, eiusque erga pietatem studium nec gentiles latuit scriptores, nisi quod Enochi & Matusalae historias
subin

subin permisceant, quam siue personarum siue temporum confusionem non raro graeci in Mythologiis suis & antiquarum originum memoriis commiserunt. Annacus enim i. e. Enochus (qui *Cannacas* in Erasmo i. e. *קנוח* *Canochus*, pro quo in fuida perperam scribitur *Nannacus*) antiquus Rex ante Deucalionem, qui vixit supra trecentos annos, nempe 365, quum praeuidisset euenturum diluuium, conuocatis omnibus ad templum, Diis cum lacrymis supplicabat, tantum malum vt auerterent. Hinc prouerbiū *τα καννακας* i. e. res aut mala cannacae, vel de laments vel de rebus vetustissimis. Haec Suidas & Erasmus ex Hermogene (1). Hic erat Enochus, a quo homines ad poenitentiam & salubrem luctum inuitatos esse ambigit nemo. Stephanus Byzantinus de vrbibus, in voce *Iconιον* *Annachi* meminit, cui sedem statuit Iconii in Phrygia. Quaerentibus incolis, quamdiu ille viueret, respondit oraculum, *quod cum ipse mortuus esset, omnes homines exscinderentur.* Re sane vera Deucalionis diluuium ab Annachi obitu e vestigio contigit. Addit laudatus Stephanus, Annachum annos 300 & amplius natum fatis concessisse, extremisque doloris argumentis eius mortem Phrygiae populos prosequutos, inde factum esse, vt *επι Αννακας κλαυσειν* vulgo de immodice lugentibus diceretur. Et Erasmus ex Herode scriptore Iambico prouerbiū citat, *τα καννακας κλαυσω*, vertitque *Cannacae more plorem.* Quae vera sunt, si de filio Enochī, Matufala intelligantur. Alexander Polyhistor testatur (m) Eupolemum de Enocho scripsisse: *Τατον ευρηκεναι πρωτον την Αστρολογιαν εν Αιγυπτιας - - ελληνιας δε λεγειν τον Ατλαντα ευρηκεναι Αστρολογιαν, εναι δε τον Ατλαντα τον αυτον και Ενωχ, eum primum inuenisse Astrologiam, non autem Aegyptios - - & Graecos quidem Atlantem, Astrologiae inuentorem facere, sed Atlantem illum ipsum Enochum fuisse. Enochī porro filium esse Metusalam, e. f. p. **

(1) Chil. 2. cent. 8. adag. 19. c. f. Heiddegeri historia Patriarcharum I. p. 227. *Hefs Geschichte der Patriarchen* S. 85. - 89. (m)

(m) Apud Eusebium lib. IX. de praepar. Euang. cap. 17. p. 519.

* Non tamen inde statim certum esse puto, nullum fuisse Atlantem vel Cannacum ab Enocho diuersum, quin potius praefidens, ne dicam temerarium mihi videtur ob qualemcunque nominis vel instituti conuenientiam ita colligere, atque omnes aliarum gentium antiquas memorias atque origines vt falsas adspernari, nisi quatenus ex hebraicis deriuatae fuerint. Quamuis enim demus Enochum primum Astrorum contemplationem homines docuisse, quod ipsum non vsquequaque exploratum est, hocce impedit, quominus postea etiam apud Phryges Cannacus, & apud Mauritanos Atlas idem facere atque exinde mereri potuerit, qui coelum humeris ferre diceretur? --

§. IX.

Denique Prophetiam Enochi veram esse spiritu magistro cognouit Iudas Apostolus, dignamque iudicauit, quam sua hac epistola consecraret aeternitati. Est autem huius tenoris: *προεφητευσε δεκαμυριοις (n) εβδομος απο Αδαμ Ενωχ, λεγων, (o) ιδε, ηλθε κυριος εν μυριασιν αγγελις αυτα (p), ποιησαι κρισιν κατα παντων (q) και εξελεξαμ (r) παντας της ασεβειας αυτων (s) περι παντων των εργων ασεβειας αυτων ον ησεβησαν, και περι παντων των σκληρων (t) ον ελαλησαν κατ' αυτα αμαρτωλοι ασεβεις.* Quomodocumque ergo alias Prophetia ista propagata sit, id certo constat suffragio Apostolico, diuinae veritatis quasi signaturam accepisse. Caeterum e citatione prophetiae Enochicae Apostolica neque istud facile confecerit quisquam, Enochum prophetiam illam suam litteris consignasse. Non dicit Apostolus *εγραψε*, sed *προεφητευσε*, neque introducit Enochum *γραφοντα*, sed *λεγοντα*. Sic Petrus narrat Noachum fuisse *κυρια της δικαιοσυνης* 2. Petr. II. 5. nec tamen inde illico conficitur Noachum tomos concionum vulgasse. Prophetia ista vel traditione inter pios Israelitas conseruari, vel post diluuium in piorum libris consignari potuit, vt memoria eius conseruaretur.

(a) Quia

- (n) Quia praedixit id, quod iis erat eventurum: Par constructio Ierem. XXVII. 15. Non dicit, ipsum de gnosticis directe prophetasse sed hoc vult, quod prophetia ipsius de excidio mundi ab eadem scelera, quorum rei tunc erant gnostici, ad illos etiam spectaret, et ab iis consideranda erat.
- (o) Cel. Cocceius coniecit Iudam ex historia Mosáica collegisse. Nam, inquit, prophetaſſe Henochum, ſatis conſtat ex ſacris literis: Ambulavit enim cum Deo, ergo cum Deo fecit, defectoribus ſe oppoſuit, verbis, ſine dubio, in ſpiritu ſancto, dictis et opere. Nemo eſt, qui credat in Deum, qui non prophetaſſet. . . . Nullus Patrum credens promiſſioni in paradifo auditaſ non prophetauit de Chriſti aduentu et regno. Porro Iudas talia Henochum prophetaſſe teſtatur, quae optime et pathetice ei adtribuuntur in proſopopoeia. Quae quidem non male animaduerſa mihi videntur, adtamen non validum ſatis fundamentum continere, cui Iudae allegatio commode inaedificetur. Nam Iudas formulam prophetiae Enocho adſcribit, quae ex Moſe diſci non poteſt. Sane ad Prophetiam quandam vel voce vel ſcripto ab Enocho editam reſpexiſſe Apoſtolum, vix dubitare nos finit, quod non modo ait *προεφητεύσε*, ſed etiam *προεφητεύσε αυτος*, et *προεφητεύσε λεγων*.
- (p) *Μυριάδας* habemus etiam Luc. XII. 1. at non tam praeciſe poſitum. Myrias proprie eſt numerus decem millium; ſed paſſim uſurpatur pro innumerabili multitudine, finitum pro infinito. *Αγγελος*, hic vocat *angelos*, ex collat. Math. XVI. 27. Zach. XIV. 5. Hebr. XI. 22. Dan. VII. 10. Apoc. V. 11. ſancti autem homines non ſunt venturi cum Chriſto, ſed ad eius aduentum reſuſcitandi, vt bene obſeruat Eſſius.
- (q) In Graeco Eſaiae LXVI. 15. *ἀποδεναι ἐν θυμῷ ἐκδικήσιν αὐτῶν*. Ideni apud eundem I. 24. *καὶ κρίσιν ἐκ τῶν ἐχθρῶν μὲ ποιησῶ. ποιῆσιν κρίσιν* *Iudicium et poenas exercere* vt locutus Tacitus Ann. 1. Pro *κατὰ* *putem μετὰ* hic in Iuda legendum. Sic in graeco Eſaiae III. 14. *πυρίσος εἰς κρίσιν ἥξει μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τῆ λαῶς*. I. Reg. XX. 3. *ποιήσεις ελεος μετὰ δαλῶς σου*. Apoc. XI. 7. *ποιήσει μετ' αὐτῶν πόλεμον*. Et Matth. XXV. 19. *συναίρει μετ' αὐτῶν λόγον*. Neque impedit quid,

quid ; quominus ita et legerit vulgatus interpres , etfi. *contra* (non cum) vertit. *iudicium facere enim cum aliquo vix latine dicitur.*

- (r) Vel vt alii habent *ελεγξαι*. Ita Lucas. III. 19. de Herode *ελεγχόμενος ὑπ' αὐτῆς* (Ioanne Baptista) *περὶ Ηρωδιαδος τῆς γυναίκου Φιλίππου τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς ; καὶ περὶ πάντων ὧν ἐποίησε πονηριῶν ὁ Ηρωδῆς.*

Lucilius :

Idque tuis faeuis factis, et tristibu' dictis.

εξελεγξαι hic est *ulcisci* , *punire* ; ex eo , quod praecedit , id quod sequitur : primum enim coarguantur et conuincuntur rei , postea poenae addicuntur. De Deo in graeco Esaiæ II. 4. *κρινεὶ ἀνάμεσον των ἐθνῶν , καὶ ἐξελεγξει λαὸν πολὺν.* Vide et in graeco Sap. I. 9. et syrachidis XII. 17. in glossis , *εξελεγχω* , coarguo , simile 3. Ioann. 10. *ὑπομνησῶ αὐτῆς τὰ ἔργα ἃ ποιεῖ , λόγοις πονηροῖς φλυαριῶν ἡμῶν :*

- (s) in MS. abest *αὐτῶν* , vt notat doctissimus Grotius.

- (t) Hoc ad dicta pertinet *σκληρα* dura auditu gen. XLII. 7. 30. Ioh. VI. 60. Talia verba Lamech loquutus erat Enochi tempore. Bene vertunt *de omnibus duris* , hinc in glossario , *Oridurius σκληροστομενος* apud Lucilium (Gellii II. 7.)

ore improbum duro :

Et Catonem (Gellii 17. 2.) *Illius impudentiam et duritudinem.* Habent hic codices nonnulli *σκληρῶν λόγων τῶν ἐλαλησαν* , at recte minus.

§. X.

Sed quid tandem dicemus de prophetia Enochi , cuius disertam mentionem fecit Iudas ? Varii varia excogitarunt , quorum sensa singula exponere non est mihi nunc propositum. (u) Ego quidem quae de Enocho Iudas in sua epistola refert , non plane necesse arbitror , ex libro apocrypho petita esse , potuit enim illa accipere ex prophetia , cuius fama ad eius tempora propagata fuit. Sed faciem ex libro sub Enochii ambulante nomine ista hausisse , neutiquam tamen hoc

hoc vel tantillum fidei vel auctoritati epistolae eius detrahere potest. Neque enim omnia falsa esse oportet, quae in libro Apogrypho siue haud canonico leguntur (x) Neque exinde quod testimonium ex libro aliquo adfert apostolus, reliqua omnia ab eo probari vel pro veris haberi colligas, quemadmodum nemo dixerit Paulum omnia, quae in Ethnicis Poetis extant, probare voluisse, quando vnam alteramue sententiam Meandri, Arati, Epimenidis subin allegauit. Ac sane Iudas Apostolus siquidem ex libro illo testimonium repetiit, prudenter hac in parte se gessit, et oportune profus illo est vsus; siquidem epistola sua imprimis oppugnat Gnosticos, qui prae caeteris ad traditiones scriptaque apocrypha prouocabant, ac forte hunc ipsum Enochi librum propugnandis impiis suis dogmatibus praetexebant. Atque idem sentiendum de altero huius epistolae loco, in quo de concertatione Archangeli Michaelis et diaboli insuper sepultura corporis Mosis memoratur; de qua in tota sacra scriptura ne γεω quidem: communiter autem creditur, Iudam hoc accepisse e libro iudaico פטירת משה *liberatio Mosis*, cuius etiam Patres quidam graeci sub titulo Αναληψις Μωσσεος mentionem faciunt. Nec magis mirandum hoc factum a Iuda, quam quod Paulus Magos, qui se Mosis opposuerunt, memorat duos *Iannem* et *Iambrem* 2. *Tim. III. 8.* quos et ipsos necesse est vel ex certa traditione, vel ex libro haud Canonico haussisse, siquidem in historia Mosaica de illis altum silentium a) Vt cunque autem fuerit, et vnde illa cunque habuerit Iudas, quae sua est cuique et esse debet libera sentiendi facultas, sufficit nobis a diuino Spiritu illa consignata vt verissima atque canonicis litteris inserta esse.

- (u) Quaestionem hanc cum immortali laude dilucidarunt Guil. Caueus in vita S. Iudae Apost. C. V. Ioannes Ernestus Grabe in notis ad spicilegium Patrum Tom. I. p. 345. Rich. Simon lib. III.

hist. Criticae C. XXI. Aug. Pfeifferus Exercit. de Enocho cap. IV.
 §. 8. Iosephus Scaliger ad graeca Eusebii pag. 405.

(X) Quod notandum existimaui propter eos, qui Epistolam Iudae ob testimonium ex libro Enochii decerptum quondam repudiarunt: sed male utique: Nam Apogryphis etiam vera inesse posse, esse sanum, qui negare ausit, arbitror neminem. Verum auro simile, a quo mihi cunctae deferatur, verum est, nec ingrato cuiquam animo reiiciendum, iis praesertim, qui veri amantes non tam audire, quam esse, volunt. vid. Origenes proleg. in cant. cant. fol. 73. col. 1. ubi docet, multa citari in nouo foedere ex libris apogryphis.

(Y) Cf. doct. Io. Buxtorfius in lexico Talmudico p. 945.

(Z) De libro Enochii et fragmentis ei tributis si cui plura legere volupe est, adeat is Fabricii codicem pseudepigraphum veteris testamenti P. I. p. 176. P. II. p. 55. Suiceri Thef. P. I. col. 1131. Laudatum Scaligerum in doctissimis notis ad graeca codicis Eusebii 244--245. Ven. Calmet diff. de libro Henoch. Rich. Simon Bibliothecae Criticae gallicae editae Tom. III. cap. 3. p. 44. et 51. sq. Idem Simon notis ad versionem gallicam N. T. Epist. Iudae v. 14., *C' est d' eux qu' Enoch a prophetisse*, comme dire, a e'crit et ant inspire de dieu en forte que S. Iudeum veritable liure attribue a' Enoch, et que quelques Iuifs regardoient comme un liure diuin. il nous reste encore aujourd' -- hui de longs fragmens de cet ouvrage, qui est rempli de fables et de visions, ayant et e' fort corrompu dans la svile.

C A P V T II.

DE ENOCHII TRANSLATIONE.

§. XI.

ואיננו כִּי־לָקַח אֶתוֹ אֱלֹהִים

Miratus sum saepe ac vehementer, quid rationis subsit, quod viri acerrimo ingenio, exquisita doctrina, nec mediocri linguarum cognitione imbuti in eam abierint opinionem, ut Enochum sano corpore e terris translatum esse in coelum, adferentibus facile crederent,

derent, liberius adferent ipsi, pugnatissimeque defenderent. Nec erit quisquam, qui demiranti mihi valde succenseat, nisi qui effectibus insolitis et cognitas naturae vires superantibus plusquam factis delectetur, eosque pulcherrimo rerum ordini, a sapientissimo naturae autore stabilito temere anteferendos putet. Id certe vir egregie cordatus mihi facile concefferit, rem tam nouam, tam insolitam atque adsumptio hominis viuentis in coelum sine morte praeuia est, adferi nequaquam debere, nisi clarissima, apertissima, indubia extent sacrarum litterarum testimonia. Sane Rabbino cuiquam diuino afflatu destituto qui credam, nulla adduci ratione potero. At vero si diuina oracula fallere nescia, rem vtvt stupendam verbis minime dubiis pro certo referant, fidem adiungo lubens. Contra si intelligam, in sincera narratione diuinarum litterarum verba vsurpari eiusmodi, quae sensu plano et obuio de morte *beata et praematura*, vt alibi saepius, intelligas, quin loquendi vsui vim vllam inferre cogaris: nae is primarum Hermeneutices regularum inscius censerī debet, qui factum insolens, inusitatum et a stabilita naturae lege plane remotum in verbis quaerit huiuscemodi, quibuscum aliis in locis natiuam, simplicem ac domesticam notionem coniunctam esse non repugnans, fatetur. Quantum tamen intelligo, huius adsertionis argumentum haud leue reperisse sibi gratulantur in ipsis verbis, quibus Moses Enochī discessum ex hac vita describit: *וַיִּנֵּן כִּי־לָקַח אֱתוֹ אֱלֹהִים non ipse, quia tulit eum Deus.* Verum tamen tulerit eum recta Deus hinc e terris viuentem aliorsum: at ex hoc certe commate stabiliri doctrinam, quam certam et indubiam propugnant, negare audeo. Lego equidem *non esse*, *viuere* non lego; audio Enochum *sublatum esse*, non audio *uiuum esse* aut in paradiso, aut in loco quocunque amoenissimo, quem Viro optimo incolendum adsignant. Quod quam non temere adfirmauerim, ex dilucida controuerfi loci notione, manifestum euadet.

§. XII.

Atque imprimis animaduertendum cenfeo, a nonnullis hunc locum ita citari, vt pro ליתוהי non erat ipse, legisse mihi videantur, איתוהי erat ipse. Quibus adducti causis hanc legendi rationem caeteris prae habuerint, coniectura adsequi negotium nullum est, quippe ad corrumpendum locum permouit eos, quod sequitur, non adfecerat eum morte Dominus. Ast verior, quae et communior, interpretatio ליתוהי, איננו quo modo interpretatur Ionathan & ecce non erat ipse cum habitatoribus terrae, et Targum, quod ab vrbe nomen habet, ecce non erat ipse. Quibus consonant LXX καὶ οὐκ εὐγενετο; ac reliquae versiones eundem habent sensum, quem nostra Vulgata & non adparuit, quam sane viam, quae et trita et comoda est, vt relinquamus, nulla nos ratio cogit. (a)

- (a) Confirmant dicta nostra immortalis Kennicott. et vir summe venerandus Ioh. Bernh. de Rossi in praeclarissimo opere: variae lectiones veteris testamenti ex immensa MSS. editorumque codicum Congerie haustae, et ad Samar. Textum, ad vetustissimas versiones, ad accuratiores sacrae Criticae Fontes ac Leges examinatae. Parm. 1784 -- 1788. Neuter vllam hic obseruauit lectionis varietatem, quae perfectam eorum mentis aciem caeteroquin minime effugisset.

§. XIII.

Sed quae sit huic voci subiicienda sententia, praepremis e more sacrarum litterarum, ne vllus sit errori locus, discamus, non ignari, e locorum diuersorum conciliatione saepenumero rebus ambiguis fidem, incertis claritatem, obscuris lucem accedere oportere. Itaque in איננו pronomen obliquum recti casus naturam induit; et pro eo habendum, ac si diceret איה דוה. Simili ratione ליתוהי quod in Onkelo, et ליתוהי quod in Ionatha, explicantur per ליתוהי quod

quod in Thargum Ierofolymitano. Deprehendas autem in sacris codicibus isthanc loquendi rationem vsurpatam, quoties inopinatum rei occasum describunt, et maxime, quando repentinam, inexpectatam, et praematuram hominis mortem adumbrant. Reuersus Ruben ad cisternam, quum non inuenisset Iosephum, eum mortem occubuisse ratus, *puer*, exclamat, *in viuis non est, perii* ויִלֶךְ אֵינְנוּ (b) Qua voce Iosephi mortem indigitari, eo minus quisquam inficiabitur, quum in contextu narrationis integrae *mortuus* diserte dicatur. (c) Diuinam Iobus implorat bonitatem, vt ad eripiendum se festinarèt, eo quod vita mox linguenda, mors ocysus subeunda esset, *vel solo adspectu tuo pereo* וַיִּנְיֹךְ כִּוְאֵינִי *se postea requiras me, vt mihi parcas, non sum superstes*, וַיִּחַרְתֵּנִי וַאֲיִנִּי (d) Inferius praeproperum depingit interitum eorum, quos res secundae tumidos reddunt, diuitiae feroces, *euecti sunt, ad fastigium, mox improborum superstes nemo* וַאֲיִנִּי דָמוֹ כִּמְעֵט וַאֲיִנִּי (e) *in puncto temporis et ictu oculi impius desinet esse, moritur, ubi sua se opulentia putabit fruiturum* עֵינָיו פָּקַח וַאֲיִנִּי (f) Ieremias stragem Bethlehemiticam propheticè cernens oculo quam egregie timidarum lamenta Matrum exprimit? vbique cõploratio, vbique fletus et vlulatus ingens, vt planctu editi colles resulent: Rachel prae doloris magnitudine omne respuit solatium, sciscitanti causam et paucis et neruosis verbis reponit Vates: וְכִּי אֵינֶנּוּ, *quia non sunt*, nempe quos ardentè expetiuit, cum dolore peperit, atque idcirco vehementius amauit, liberos:

*Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.**

Eadem hac dictione, quam dilucide in Psalmis expressam legis, subitam horribilemque ruinam impii, qui ab ea quam longissime abesse videbatur, *quaeres locum eius, & non inuenies* הֲתֵב וַנִּתַּח עַל-מְקוֹמוֹ & non inuenies וַאֲיִנִּי (g) *Transiui, & ec e non erat* וַיַּעֲבֵר וְהִנֵּה אֵינְנוּ (h); *non opus est multis instrumentis ad eius destructionem* כִּי רוּחַ עֲבָדָה-כּוֹ וַאֲיִנִּי (i)



De sua ipse ventura morte Dauid hanc phrasin adhibet; *remitte mihi, ut refrigerer prius, quam abeam, וְאִנִּי אֶשְׂבֵּעַ & amplius non ero* (k). Itaque more scripturis proprio esse dicitur, qui viuit, et contra *non esse*, qui vitam cum morte commutauit.

(b) Gen. XXXVII. 30. c. (c) *ibid.* XLII. 38. XLIV. 20. (d) VII. 8. 21. (e) XXIV. 24. (f) XXVII. 19. (g) Pſal. XXXVII. 10. (h) *ibid.* 36. (i) CIII. 16. (k) XXXIX. 14.

* Elegans hic *προσωποποιια* frequens sermonis poetici ornamentum. Non multum diffimile illud Lucani.

*Deplorat libycis perituram Scipio terris
Infaustam sobolem : maior Carthaginiſt hoſtis
Non ſeruituri maeret Cato fata Nepotis.*

§. XIV.

Sed & in antiquiſſimis humanarum ſcientiarum monumentis, quae ſummo in pretio habemus atque deliciis, hac loquendi forma nihil uſitatius. Sophocles mortuos *κα εἴ οὐτως* adpellat, ſicut periſſe dicimus id, quod conſpectum & notitiam noſtram effugit. Loquitur hunc in modum Iosephus, *ab eo (Deo) accepimus το εἶναι καὶ το μῆκετι εἶναι*, *esse & non amplius esse*, mox ſequitur, *anima immortalis ſemper*, ſimilis eſt apud Euripidem locus in tragoedia Helena, ubi animas negat viuere, quas tamen puniri poſt hanc vitam agnoſcit,

*Καὶ γὰρ τισὶς τῶν δ' ἐστὶ τοῖς τε νεότεροις,
Καὶ τοῖς ἀνωθεν πασὶν ἀνθρώποις. Ὁ γὰρ
τῶν κατθανόντων ζῆ μὲν εἰ, γνῶμην δ' ἐκεῖ
ἀθανάτου εἰς ἀθανάτων αἰθέρος ἐμπέσων,*

Magno luuntur scelera, & hic uiuentibus & mox ſepultis. Anima poſt fati diem iam non ut ante uiuit, at ſenſus tamen ſeruat perennes, hoſpes aeterni aetheris. Idem in Hippol. v. 356. Diſcedam ex hac vita moriens, ualete, κα εἴ εἰμι ἐγώ, non uiuo ego amplius. Et in Aloe-

ſte,

ste, o liberi, liberi non amplius iam. Οὐκ' ἐτι θη μαιτη σφων εστιν, non amplius vestra mater superest. Apud eundem Hecuba mortem filii plan- gens, ἀν εσειδον Δμφι σ', ὠ τέκνον, σκ' ἐτ' οντα Δισσ εν Φαει. Amasis Ae- gyptius filium amissum lugenti, si non dolebas, reponit, quum non es- et, nec nunc doleas, quum non est: Erasmus Apophtegm. 6. sic Home- rus JI. β.

Ου γαρ ἐτ' οινος μεγαλητορος ηεες ησαν,

Ουδ αρ' ἐτ' αυτος εινη, θανε θε ξανθος μελεαγρος

Non enim amplius Oenet magnanimi filii erat; neque item amplius ipse mortuus erat autem Flavius Melager. Idem Odysf. a v. 289. sic Aristoph. in Plut. O praeclare oculo! hodie extremum te video, meamque lucem de- desero, ουκ' ἐτ' ειμ' ἐγω, nulla sum amplius. h. e. intermorior. Eodem pertinet, quod apud Plautum: Nunc illud est, quum me fuisse, quam esse nimio mauelim i. e. mortem vitae anteferendam puto. Seneca de benef. 1. ipsosque, qui fuisse mallent, esse patitur. Tibullus 3, 5. Siue erimus, siue nos fata fuisse velint. Merito igitur cum Lactantio L. III. cap. 12. concludo: Quando nos sumus, mors non est; quando nos non sumus, mors est. *

* Satis etiam notum est illud Germanorum de mortuo: *Er ist nicht mehr*: Vnde cit. loc. Psal XXXVII. 35: 36. Cel. Moses Mendelsohn in seiner *Vebersezzung der Psalmen B. I. S. 88.* egregie vertit:

Einst sah ich einen Bösewicht — der war mächtig!

Wuchs empor, wie heimisch Laub.

Mann gieng vorüber — er war nicht mehr!

Ich fragte nach ihm, fand ihn nicht.

§. XV.

Nullus dubito, fore non paucos, qui quae ad roborandam senten- tiam nostram adduximus, adfensionibus nec tacitis nec occultis rata habeant; sed ne ad sententiam nostram suum adiiciant calcu- lum

§. XII.

Atque imprimis animaduertendum cenfeo, a nonnullis hunc locum cum ita citari, vt pro ליתוהי *non erat ipse*, legisse mihi videantur, איתוהי *erat ipse*. Quibus adducti causis hanc legendi rationem caeteris prae habuerint, coniectura adsequi negotium nullum est, quippe ad corrumpendum locum permouit eos, quod sequitur, *non adfecerat eum morte Dominus*. Ast verior, quae et communior, interpretatio ליתוהי איננו, quo modo interpretatur Ionathan & *ecce non erat ipse cum habitatoribus terrae*, et Targum, quod ab vrbe nomen habet, *ecce non erat ipse*. Quibus consonant LXX καὶ οὐκ ἔστιν αὐτός; ac reliquae versiones eundem habent sensum, quem nostra Vulgata & *non adparuit*, quam sane viam, quae et trita et comoda est, vt relinquamus, nulla nos ratio cogit. (a)

- (a) Confirmant dicta nostra immortalis Kennicott. et vir summe venerandus Ioh. Bernh. de Rossi in praeclarissimo opere: variae lectiones veteris testamenti ex immensa MSS. editorumque codicum Congerie haustae, et ad Samar. Textum, ad vetustissimas versiones, ad accuratiores sacrae Criticae Fontes ac Leges examinatae. Parm. 1784 -- 1788. Neuter vllam hic obseruauit lectionis varietatem, quae perfectam eorum mentis aciem caeteroquin minime effugisset.

§. XIII.

Sed quae sit huic voci subiicienda sententia, praeprius e more sacrarum litterarum, ne vllus sit errori locus, discamus, non ignari, e locorum diuersorum conciliatione saepenumero rebus ambiguis fidem, incertis claritatem, obscuris lucem accedere oportere. Itaque in איננו pronomen obliquum recti casus naturam induit; et pro eo habendum, ac si diceret איר דוה. Simili ratione ליתוהי quod in Onkelo, et ליתוהי quod in Ionatha, explicantur per ליתוהי quod

quod in Thargum Ierofolymitano. Deprehendas autem in facris codicibus isthanc loquendi rationem vsurpatam, quoties inopinatum rei occasum describunt, et maxime, quando repentinam, inexpectatam, et praematuram hominis mortem adumbrant. Reuersus Ruben ad cisternam, quum non inuenisset Iosephum, eum mortem occubuisse ratus, *puer*, exclamat, *in viuis non est*, *perii הילך איננו* (b) Qua voce Iosephi mortem indigitari, eo minus quisquam inficiabitur, quum in contextu narrationis integrae *mortuus* diferte dicatur. (c) Diuinam Iobus implorat bonitatem, vt ad eripiendum se festinaret, eo quod vita mox linguenda, mors ocyus subeunda esset, *vel solo adpectu tuo pereō כיואינני עינך* *si postea requiras me, vt mihi parcās, non sum superstes, vixi ואינני ושחרתני* (d) Inferius praeproperum depingit interitum eorum, quos res secundae tumidos reddunt, diuitiae feroces, *euecti sunt, ad fastigium, mox improborum superstes nemo דמו מעט ואיננו* (e) *in puncto temporis et ictu oculi impius desinet esse, moritur, ubi sua se opulentia putabit fructurum עיניו פקח ואיננו* (f) Ieremias stragem Bethlehemiticam prophético cernens oculo quam egregie timidarum lamenta Matrum exprimit? vbiq̄ue comploratio, vbiq̄ue fletus et vlulatus ingens, vt planctu editi colles resulent: Rachel praee doloris magnitudine omne respuit solatium, sciscitanti causam et paucis et neruosis verbis reponit Vates: *בי איננו*, *דו* *טו* *טו* *טו*, *quia non sunt*, nempe quos ardentem expetiuit, cum dolore peperit, atque idcirco vehementius amauit, liberos

*Abstulit atra dies, & funere merfit acerbo.**

Eadem hac dictione, quam dilucide in Psalmis expressam legis, subitam horribilemque ruinam impii, qui ab ea quam longissime abesse videbatur, *quaeres locum eius, & non inuenies הלב ונתת על-מקומו* *ואיננו* (g) *Transiit*, & *ec e non erat ויעבר והנה איננו* (h); *non opus est multis instrumentis ad eius destructionem כי רוח עברה-כו ואיננו* (i)

De sua ipse ventura morte Dauid hanc phrasin adhibet; *remitte mihi, ut refrigerer prius, quam abeam, וְאִנִּי עֹשֶׂה אֲמָלִיּוֹת* & amplius non ero (k). Itaque more scripturis proprio esse dicitur, qui viuit, et contra non esse, qui vitam cum morte commutauit.

(b) Gen. XXXVII. 30. c. (c) ibid. XLII. 38. XLIV. 20. (d) VII. 8. 21. (e) XXIV. 24. (f) XXVII. 19. (g) Pfat. XXXVII. 10. (h) ibid. 36. (i) CIII. 16. (k) XXXIX. 14.

* Elegans hic *προσωποποιία* frequens sermonis poetici ornamentum. Non multum diffimile illud Lucani.

*Deplorat libycis perituram Scipio terris
Infaustam sobolem : maior Carthaginiis hostis
Non seruituri maeret Cato fata Nepotis.*

§. XIV.

Sed & in antiquissimis humanarum scientiarum monumentis, quae summo in pretio habemus atque deliciis, hac loquendi forma nihil vsitatus. Sophocles mortuos *εκ εἴς αὐτῶς* adpellat, sicut periisse dicimus id, quod conspectum & notitiam nostram effugit. Loquitur hunc in modum Iosephus, *ab eo (Deo) accepimus το εἶναι καὶ το μῆκετι εἶναι*, esse & non amplius esse, mox sequitur, *anima immortalis semper*, similis est apud Euripidem locus in tragoedia Helena, ubi animas negat viuere, quas tamen puniri post hanc vitam agnoscit,

*Καὶ γὰρ τισὶς τῶν, δ' ἐστὶ τοῖς τε νεστέρους,
Καὶ τοῖς ἀνωθεν πασὶν ἀνθρώποις. Ὁ ὕψος
τῶν κατθανόντων ζῆ μὲν εἰ, γινώσκων δ' ἐκεῖ
Ἀθανάτου εἰς ἀθανάτου αἰθέρος ἐμπέσων,*

Magno luuntur scelera, & hic uiuentibus & mox sepultis. Anima post fati diem iam non ut ante uiuit, at sensus tamen seruat perennes, hospes aeterni aetheris. Idem in Hippol. v. 356. Discedam ex hac vita moriens, valete, εἰς εἰμι ἐγώ, non uiuo ego amplius. Et in Aloe-
ste,

ste, o liberi, liberi non amplius iam. Ουκ' ετι θυ ματηρ σφων εστιν, non amplius vestra mater superest. Apud eundem Hecuba mortem filii plangens, αν εσειδον Αμφι σ', ω τεκνον, εκ ετ' οντα Διοσ εν φαι. Amasis Aegyptius filium amissum lugenti, si non dolebas, reponit, quum non esset, nec nunc doleas, quum non est: Erasmus Apophteg. 6. sic Homerus JI. β.

Ου γαρ ετ' οινος μεγαλ'ητος ηεσς ησαν,

Ουδ' αρ' ετ' αυτος εην, θανε θε ξανθος μελεαγρος

Non enim amplius Oenei magnanimi filii erat; neque item amplius ipse: mortuus erat autem Flavius Melager. Idem Odysf. a v. 289. sic Aristoph. in Plut. O praeclare oculo! hodie extremum te video, meamque lucem dedefero, ουκ' ετ' εμ' εγω, nulla sum amplius: h. e. intermorior. Eodem pertinet, quod apud Plautum: Nunc illud est, quum me fuisse, quam esse nimio mauelim i. e. mortem vitae anteferendam puto. Seneca de benef. I. ipsoque, qui fuisse mallent, esse patitur. Tibullus 3, 5. Siue erimus, siue nos fata fuisse velint. Merito igitur cum Lactantio L. III. cap. 12. concludo: Quando nos sumus, mors non est; quando nos non sumus, mors est. *

* Satis etiam notum est illud Germanorum de mortuo: *Er ist nicht mehr*: Vnde cit. loc. Psal XXXVII. 35. 36. Cel. Moses Mendelsohn in seiner *Vebersetzung der Psalmen B. I. S. 88.* egregie vertit:

Einst sah ich einen Bösewicht — der war mächtig!

Wuchs empor, wie heimisch Laub.

Mann gieng vorüber — er war nicht mehr!

Ich fragte nach ihm, fand ihn nicht.

§. XV.

Nullus dubito, fore non paucos, qui quae ad roborandam sententiam nostram adduximus, adfensionibus nec tacitis nec occultis rata habeant; sed ne ad sententiam nostram suam adiciant calculum

lum, retrahit eos maximo opere nexus verborum, quae sequuntur
 כִּי לִקְחָתוּ אֱלֹהִים, *quia tulit eum Deus*: quibus prodigiosam Eno-
 chi translationem in coelum ostendi ita animo vident, quam quae
 oculis cernunt. Ego tamen e fonte sacrarum scripturarum tutius ver-
 ritatem hauriendam esse statuo, quam praeconceptis opinionibus,
 quae saepe optimum quemque in errorem induxerunt, faciles aures
 dare verbum לקח Hebraeis aequae vagae significationis est, atque la-
 tinis *sumere*, denotatque *cepit, accepit, sustulit, adsumsit, rapuit*. Sed
rapuit proprie טָרַף quod proprium est ferarum. Quod ut minime in-
 ficias iuerim, significatio tamen mortis non ex prima solum origine,
 sed ex plurimo usu constat, sumiturque a magna Lexicographorum
 parte. Precatus Elias a Deo, ut animam ageret, satis, inquit, mihi
 patriaeque, vixi, *tolle animam meam* קַח נַפְשִׁי. Porro Elias ni-
 hil, nisi mortem, quemadmodum & patres sui, in votis habuit
 וַיִּשְׁאַל־תְּנַפְשׁוֹ לְמוֹת *petiuit animae suae, ut moreretur* (k) similiter Jonas
 quum intelligeret, euentum suo minus vaticinio respondere: de au-
 ctoritate sua se periclitari existimans, mori potius optat, quam cum
 ignominia viuere super; vehementer indignatus, & *nunc Domine,*
inquit, tolle quaeso animam meam a me וַיִּהְיוּ קֹחֵנָּה אֶת־נַפְשׁוֹ (l) Dedit
 Ezechiel non exiguum patientiae et animi magni argumentum, quum
 dulcissimae coniugis mortem sine lacrymis adspiceret, non lentam
 et post magnos dolores, sed repentinam et improuisam, *ecce ego*
auffero a te desiderabile oculorum tuorum וְנִנְי לִקְחָמוֹךְ אֶת־מַחְמַד עֵינֶיךָ (m) Quam subito admodum mortem occubuisse e contextu narra-
 tionis liquido constat וַתָּמָת שְׂתִיכְעָרָב & *mortua est uxor mea vespere*.
 Eclihu Iobum plane libereque adloquitur nec fucata veritate, nec
 nominibus rerum mutatis, timerem, inquit, poenam Dei, si tale
 quidpiam facerem, si seposito causae merito adularer, *quum in breui*
meus me conditor sit sublaturus וְיִשְׂאֵנִי עֲשֵׂנִי (n) *. Quam vero familia-

re sit hoc loquendi genus regio etiam Vati, neminem praeterit suavissima eius cantica adfidua lectione evoluentem. Sic Psalm. XLIX. 16. nihil esse docet, quod iustus pertimescat in die mortis, eo quod Deus illum ex hac vita mortali ad se et in coelum, ubi ipse Deus est, sit recepturus אֶךְ-אֱלֹהִים יַפְרֵה-נַפְשִׁי מִיַּד שְׂאוּל כִּי יִקְוֶי — Impios Deus detrudit ad inferos; me vero, et quotquot rectam vendi rationem sequuntur, ab inferis redimet, *quum mori me voluerit*. Et inferius psalm. LXXIII. 24. & כְּבוֹד תִּקְחֵנִי & *postea ad gloriam recipies me seu ut Chaldaeus habet, postquam completa fuerit gloria, quam dixisti te adduciturum esse super me, accipies me, nempe ad te ipsum*. Subauditur autem ante כְּבוֹד praepositio aliqua vel ב vel ל *f. אל* ut bene Vatablus et Geierus animaduerterunt. Quid, quod לָקַח saepe est *per vim capere f. abripere vitam*, sic Dauid de iis, qui communi consilio suam in necem coniurarunt, *accipere*, inquit, *animam meam* consiliati sunt ps. XXXI. 14. Et Ezechiel eadem vsu phrasi multos praedicit per regem babylonis morti fore tradendos וְאֵת-אֵילֵי הָאָרֶץ לָקַח, *sed* וַיִּקַּח מִזֶּרַע הַמְּלוּכֹת & *fortes terrae tollet* XVII. 13.

k. 3. Regum XIX. 4.

1. Ion. IV. 3. m. Ezechiel XXIV. 16. 18. n. Iob. XXXII. 22.

(*) Elegans est ἀντανανλασις in voce יִשְׂאֵנִי, adludit ad אִשָּׁא in versu praecedente & q. d. *si capiam faciem, me capiet*. Tacente me linguae gnarus quisque intelligit, נִשְׂא et לָקַח eiusdem hic esse significationis, et plerumque nullo discrimine ut synonyma poni, manifestum, ut videre licet apud Io. Chr. Frid. Schulz in Lexico et Commentario sermonis hebraici et Chaldaici Tom. I. edit. lipf. p. 844 -- 851.

§. XVI.

Idem sermonis genus graecis etiam et latinis scriptoribus de morte naturali adhibere, solenne est. Iobi XXII. 16. mentio fit de

hominibus eiusmodi, quos morte immatura sustulit vitae necisque Dominus multo ante, quam vitae terminum adtigissent, quem per naturam poterant adipisci; vbi belle LXX. Οἱ συναληφθησαν αἰετοι: idem plane, quod Vulg. habet, *qui sublati sunt ante tempus.* (o) Iidem orationem Dauidis mortem immaturam et improuisam deprecantis ps. CII. 24. reddiderunt: μη αναγαγῆς με ἐν ἡμῖσι ἡμερῶν μου. (p) Luc. V. 35. ὅταν ἀπαρθῆ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος *quam ablatu fuerit ab iis sponsus* i. e. defuncto sponso lugebunt adhibito jeiunio. Act. XXII. 22. αἶψα ἀπο τῆς γῆς τῶν τοιαύτων. ε. γὰρ καθήκον αὐτῶν ζῆν, *tolle de terra hominem huiuscemodi.* Egregius vero locus Ioan. XVII. 15. Οὐκ ἐρωτῶ ἵνα ἀγῶσ αὐτοὺς ἐκ τῆς κοσμοῦ, ἀλλ' ἵνα τηρηθῶσ αὐτοὺς ἐκ τῆς πονηρίας, *quanquam adhaerentes mihi discipulos mundi odiis scio fore obiectos, non tamen hoc oro, ut tollas eos e coetu mortalium, ut morte praematura imminentibus calamitatibus praeripiāntur, sed, ut quae tua est in eos peculiaris cura, a malo praeseruentur.* In latinorum vero scriptis nihil hac phrasi vsitatus. Sic Horatius Augusto vitam longaeuam precatus canit lib. I. Ode II.

*Serus in coelum redeas, diuque
Laetus intersis populo Quirini,
Neue te nostris vitis iniquum
ocyor aura*

Tollat!

Idem Lib. II. Od. XIV.

*Ah! te meae si partem animae rapit
Maturior vis, quid moror altera,
Nec carus aequae nec superstes
Integer?*

Quam enixe Virgilius communem populi luctum de morte Octauii effinxit!

Quis

Quis Deus Ostendi te nobis abstulit? & mox
Scripta quidem tua nos multum mirabimur, & te
Raptum, & Romanam flebimus historiam.

Quid multa? nonne de defuncto eiusmodi, qui integer vitae sce-
lerisque purus in corpore humano vitam est imitatus coelestium,
similes loquutiones aut legimus saepe, aut vsurpauimus ipsi? &
vitae huius miseris euocatus est, ad sempiternam lucem excessit, ad
beatam immortalitatem demigravit, in coelum abiit, Deus illum ad se
sumpsit, quibus aliisque id genus vocibus nihil certe volumus aliud,
nisi hominem beata morte obiisse.

(o) In Heb. legitur אֲשֶׁר-קָמְטוּ quae vox eiusdem significationis est,
et in hoc tantum libro occurrit apud R. R. frequentius, vnde
קמטים rugas adpellant. קמט Quod hic rugare sa nonnullis vertitur, est
vox iudicialis, quae significat *prebendere aliquem et in ius velut ob-
torro collo trahere*. Extat in chaldaeis interpretibus vt Prov. V. 22.
et in Gemara.

(p) Graecorum μη αναγγευσθ, non satis apte vertitur *ne reuoces*, licet
sensus idem sit, *ne me ad te voces per mortem*. Rectius Hieronymus
ne abripias me s. *tollas me*: quare versio cum lectione hebraica ma-
xime omnium consentit, אֶל-תַּעֲלֵנִי *ne adscendere facias me*, nem-
pe *ad te* i. e. *ne abripias me instar rei euanidae aut fumi adscenden-
do pereuntis*. Vt *abire* est *mori*, sic *adscendere* vsurpant in mortis
mentionem.

§. XVII.

Noui multos, qui hoc nodo expediunt se, et euoluunt dicendo,
phrasin illam וְאֵינְנִי generalem habere vsum in scripturis, et
dici de eo, qui non adparet, et quouis modo subtractus est ex oculis
s. per mortem, s. aliter. Sic pergunt et illa phrasis, qua Deus *aliquem tol-
lere* v. accipere dicitur, similiter vsum habet generalem, vt etiam ad
eum referatur, qui sine morte tollitur, quo modo sublatum faten-



tur Eliam, 4. Reg. II. et Adamum Gen. II. 15. (q) sed id ipsum est, quod nostrum adertum confirmat potius, quam euellit. Lex enim mortis certissima, generalissima, hominum cuique statuta: *Hoc est testamentum huius mundi, morte morietur* Eccles. XIV. 12, et psalm. LXXXVIII. 49. *quis est homo, qui viuit, & non videbit mortem?* Vidit igitur et Enochus, idque eo magis, quod Hagiographus de Enochii vitae exitu verbis vtatur eiusmodi, quod de naturali morte commode accipias. Quam ob rem quum exceptionem a lege generali, omnibus statuta praetendant, (Neque enim vtrum possit quem Deus speciatim a communi lege eximere, hic quaestio mouetur; sed an reuera exemerit) nae illi probandi onus sibi met ipsi imponunt. Nos vero, vt ne miraculorum numerus temere augeatur, hoc autem casu sine ratione sufficiente augetur, verba Mosis secundum simplicem, naturalem et obuium sensum de morte Enochii fausta et subitanea rectius tutiusque interpretamur.

(q) vid. Estius epist. ad Hebr. cap. XI. 5.

§. XVIII.

Non sum ignarus quaerere plerosque, quid sit, quod, quum Moses de caeteris Patriarchis etiam pietate insignibus sub terminum vitae adponat *וימת & mortuus est*, subito nunc mutata loquendi ratione de Enocho adfirmet *לך אלהים וקח אתו אתו אלהים tulit eum Deus*. Profecto ipsa sermonis diuersitas vt ipsis quidem videtur, arguit, eum nequaquam vt caeteros Adae filios ex hac vita discessisse, sed viuentem vna cum corpore simul et anima in superam Paradisi amoenitatem diuinitus esse adsumtum. At mirari et quaerere desinet, quisquis ita ratiocinatur, si quae me mouent in adsensum, rationum momenta apud animum suum diligentius ponderarit. Imprimis si Enochus mortali indutus carne e societate hominum s. Angelorum ministerio s. aethereo curru per liquidum aerem in coelum esset tra-

iectus,

iectus, ita enim plerique sibi mirum hoc spectaculum in mente atque oculis depingunt: Certe Moses vir caeteroquin ingenii acie & alta circumspectione satis notus rem tam nouam & ante hunc diem inauditam planioribus & clarioribus verbis expressisset, id quod eo vitio temporum facere vel maxime necesse habuit, quippe quod prodigium animos omnium excitare, bonorum fiduciam accendere, improbos vero ad meliorem frugem inflammare & potuisset, & debuisset.

§. XIX.

Accedit & haec nec minoris momenti ratio, semper sicut in *prodesse* laudati commatis loco eius, quod ad reliqui capitis morem scribendum fuisset וַיֵּשֶׁב *vixit*, plane insigniter & consulto scribit, & *seruiuit Enochus Deo, postquam Mathusalam genuisset trecentos annos: ita nunc in *anodesse* loco וַיָּמָת Epitaphii, quod omnibus hominibus commune est, sciens, ac volens addit: *seruitque Enochus Deo, sed non erat, quin recepit illum Deus.* Utque prima dictionis parte non qualem in multis deprehendere licet, vitam designat, sed sanctam, innocuam, grataque Deo virtute conspicuam: sic altera non mortem solum naturalem, quam effugere posse mortalium neminem primorum ante parentum historia satis edocuit, intendit describere, sed mortem immaturam quidem, at beatam, immixtam diuinitus, & subsequenter firmissimum argumentum immortalitatis.*

§. XX.

Equidem nullus inficias iuerim, eandem, quam de caeterorum obitu, vocem וַיָּמָת a Mose potuisse adhiberi: sed ea ieiuna, dura nimis, nec digna satis tanti Viri persona videbatur. Auspiciatissimus integerrimi Patriarchae obitus solennius orationis genus sibi exigebat: neque enim haec mors erat dicenda, sed fortunatissima potius commutatio vitae, faustaque migratio ad Deum, a quo vitae prae-
cla-

clare actae fructum longe vberimum esset recepturus . Cuius generis exempla quum plura extent in scriptis tum sacris, tum profanis: tum praeclara apud Tullium (r), e quo operae pretium facturus mihi videor, si pauca feligam. “Mors, inquit, est quaedam quasi migratio, commutatioque vitae, quae in claris viris ac foeminis dux in coelum solet esse. Vnde dixit Ennius: Romulus in coelo cum Diis agit avum (s). Socrates quum poene in manu iam mortiferum illud teneret poculum, loquutus ita est, vt non ad mortem trudi, verum in coelum videretur adscendere (t). Nos vero siquid tale acciderit, vt a Deo denuntiatum videatur, vt exeamus e vita, laeti & agentes, gratias parcamus, emittique nos e custodia & leuari vinculis arbitremur, vt in aeternam & plane in nostram domum remigremus. (u). — Quae quidem si homini ethnico vera videbantur, quo magis Christiano esse debent? Profecto mors fidelium; vt vere loquar, mors non est; quippe qui moriuntur, vt in vitam redeant, & aeternum viuant: quae res venerandis Patribus ita erat persuasa, vt clarissima apud eos testimonia reperias. Sit vnus pro multis Cyprianus, qui multa cum venustate *quod interim, inquit, morimur, ad immortalitatem morte transgredimur: nec potest vita aeterna succedere, nisi hinc contigerit exire, non est exitus iste, sed transitus & temporali itinere decursu ad aeterna transgressus.* (x) His adductus recte subinfero, quum Enochus aliorum expectatione citius, & quod portento simile putabatur, nondum aetate prouectus e statione vitae discessisset, quum idem plenus recte factorum gloria & beatae immortalitatis certus discessisset: haec in causis fuisse, vt antiquissimi huius monumenti autor, neglecto reliqui capitis more scribendi, aliis plane iisque mitioribus verbis vtendum putaret.

(r) Tuscul. Quest. lib. V. ex recensione Ernesti ed. Hal. MDCCLIX.

(s) Tuscul. I. p. 20. (t) ibid. p. 46. (u) 77.

(x) Lib. de mortalit. vbi locum Ioan. cap. XI. 25. exponit.

§. XXI.

Inconsideratior autem esset, qui exinde colligeret, reliquos Patriarchas a nobis condemnari, quod aequè minus in mente habemus, ac adferendo *Enochum Deo seruisse* caeterorum quenquam eidem cultui operam nauasse inficiemur. Vtique nullum certum extat fundamentum adseuerandi, omnes ad Deum venisse, quum de Mathusala res valde incerta maneat: sed nec ratio nobis vlla nec ius competit eos condemnandi, praesertim cum depraedicata a Mose Sethi prohibitio maximam nos in spem adducat. Quod igitur rerum memorabilium scriptores, vt fas est, obseruant, id hic a Mose fieri animaduertimus, nempe vt de Enoch beata morte fidem certam & indubiam faceret, reliquorum fati siue prospera ea fuerint siue aduersa, silentio praetermissis. Idque vt faceret, partim singularis & eximia Enochii pietas suauis, quae de felicissimo ipsius statu in altera vita nullum relinquit dubium; partim manifesta Dei suauiter omnia disponentis prouidentia, quae dilectum sibi famulum terris eripuit, quin consuetam id temporis annorum metam viuendo adtigisset:

§. XXII.

Quid quod id ipsum, quod supremus eum dies ante occupauerit, quam instare opinione vulgi crederetur, non casu & fortuito, sed diuinitus speciali beneficio est adsequutus. Iam enim ante translationem illam testimonium habuit seruisse Deo (y), qui quum eum ob meritum fidei, quae omnis iustitiae fundamentum recte dicitur, paterno foueret amore, praeter expectationem omnium e custodia corporis liberauit, non sine summa testificatione sui erga eum favoris. Quae res ea aetate, qua terrena felicitas summum virtutis bonum habebatur, commemoratu sane dignissima fuit. Alioquin Israelitae longaeuam Maiorum suorum vitam v. legentes v. audientes



eo magis canam senectutem inter prima diuinæ beneficentiæ munera numerassent, quod adimplenti legem proemium diuturnæ vitæ super terram non semel adpromissum confirmatumque erat, est hoc fragmentum de vita Enoch, & iam multo ante historia Abelis, ostendit, perspicuis etiam testatam signis virtutem proemio diuturnæ vitæ carere. Nec tamen illico, præcipiti quippe iudicio, fas est colligere, e fauore & beneuolentia Dei excidisse eos, quorum alterum scelus abstulit, alterum causa subobscurior. Id quidem non est recusandum, huius generis facta abhærruisse plane a cogitandi ratione genti hebrææ propria, quæ magnitudinem meritorum e numerosa annorum serie dimetiebatur, *seruiit Enochus Deo, nec inter homines adparuit, obtulit Abel plurimam hostiam, & occiditur.* Quid insolentius? quid a communi persuasione alienum magis? immo vero ipsa lex Mosæica magnam iusto senectutem pollicetur; & hic ante diem e medio tollitur, non obscuro certe iudicio, tota via aberrare eos, qui in rebus caducis, fluxis terræ gaudiis & diuturna huius iucis vsura vnicam virtutis mercedem constituendam esse arbitrantur. Atque hunc enim vero scopum fuisse, nullum negotium est, cognoscere, quem sibi Moses præfixerat historiam Enochi conscribendo, vt nimirum huius exemplo vitam indicaret & meliorem & immortalem.

* Cl. Michaelis aliquando pro certo, existimauit, Enochum sine morte ad Deum receptum esse, in diss. *Argumenta immortalitatis animorum humanorum & futuri seculi ex Mose collecta* §. IX. Sed rationum momentis diligentius ponderatis in hanc quam tuemur, sententiam iuit in seiner Erklärung des Briefes an die Hebræer T. I. S. 340. *Ich muß anmerken, daß Henoch weit unter dem damals gewöhnlichen Lebensziel, so sich nahe an das tausendste Jahr erstreckte, aus der Welt gieng. Ein so früher Todt konnte dem Leser bei einem so außerordentlichen Knechte Gottes befremdlich seyn, und es war wenigstens sonderbar, daß unter allen Altvätern, deren Jahre wir wissen, gerade der einzige weit unter der Hälfte*

Hälfte der gewöhnlichen Lebenszeit gestorben ist, der wegen seiner Frömmigkeit ausdrücklich gerühmt wird. Moses kann daher Ursache finden, eine Anmerkung zu machen, und seinen frühen Todt als eine Wohlthat vorzustellen, welches er auch auf eine zweifache Weise war: einmal weil Henoch dadurch zu Gott kam; zum andern, weil er aus einer Welt weggenommen ward, die nicht werth war, ihn zu besitzen, und die schon mit großen Schritten einer Verdorbenheit der Sitten zu eilte, der gleichen man vermuthlich seit der Sündfluth nicht wieder gesehen haben mag. Sie war so groß, daß um ihr zu steuern, Gott nöthig fand, das ganze menschliche Geschlecht bis auf 8 Personen zu vertilgen. Aus einer solchen Welt, nach Moses Ausdruck, weggenommen werden: was war das vor ein Glück? - - -

§. XXIII.

Tacitus hic nullo modo praeterire possum, quae Cicero * in eruditissimis quaestionibus Tusculanis (z) habet, unde locum Mosis mire illustrat confirmatque. „Deorum immortalium iudicia, haec ille, solent in scholis proferre, de morte, nec vero ea fingere ipsi, sed Herodoto autore, aliisque pluribus. Primum Argiae sacerdotis, Cleobis et Biton filii praedicantur. Nota fabula est (a): quum enim ad solemne et statum sacrificium curru vehi ius esset, satis longe ab oppido ad fanum, morarenturque iumenta: tunc iuvenes ii, quos modo nominaui, veste posita corpora oleo perunxerunt: ad iugum accesserunt. Ita sacerdos aduecta in fanum, quum currus esset ductus a filiis, precata a Dea dicitur, ut illis proemium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a Deo: post epulatos cum matre adolescentes, somno se dedisse, mane inuentos esse mortuos. Simili precatione Trophonius, et Agamedes vsi dicuntur: qui quum Apollini Delphis templum exaedificauissent; venerantes Deum, petierunt mercedem non paruam quidem operis et laboris sui, nihil certi, sed quod esset optimum homini. Quibus Apollo se id daturum

E

„osten-

„ostendit post eius diei diem tertium: qui vt illuxit, mortui sunt re-
 „perti. Iudicauisse Deum dicunt, et eum quidem Deum, cui reliqui
 „Dii concessissent, vt praeter caeteros diuinaret. Adfertur etiam de
 „Siclino fabella quaedam, qui quum a Mida captus esset hoc ei mu-
 „neris pro sua missione dedisse scribitur; docuisse regem, non nasci
 „homini longe optimum esse, proximum autem, quam primum mo-
 „ri., — Ex quibus certe id licet cognoscere, quod canae iam vetu-
 stati res notissima fuerit, intempestiuam mortem singulari diuini Nu-
 minis beneficio esse ducendam.

(2) lib. I. cap. 47. p. 73.

(a) Herodotus lib. I. cap. 31. rem gestam latius exponit, vt a Solone me-
 moriae prodita est.

(*) Nemo omnium, quibus mens laeua non est, mihi succensebit, si sci-
 ta ab homine Ethnico profecta in medium adferam. Multa sanior gen-
 tilium antiquitas reliquit, digna plane, quae non primis tantum,
 quod aiunt, labris salutemus, sed et in succum ac sanguinem conuer-
 tamus, si apum adinstar iis, quae minus probantur, ac sapiunt, reiec-
 tis, alia, quae vtilitatis non minus habent, ac iucunditatis, Ethi-
 camque mirum quantum illustrant, confestimur. In his ego idem fen-
 tio, quod pridem Aug. lib. II. De doctrina christiana: *Philosophi au-
 tem, qui vocantur, siqua forte vera et fidei nostrae adcommodata dixerunt
 (dixerunt certe plura) maxime Platonici, non solum formidanda non sunt,
 sed ab eis etiam tanquam iniustis possessoribus in usum nostrum vendicanda.*

§. XXIV.

Quae si ita se habeant, quis non videt, quam illustre testimo-
 nium ea iam aetate suppeditet mors Enochii etiam naturalis de
 resurrectione futura, de immortalitate animae, et proemio vitae
 aeternae. * Deus quippe prouidentissimus mundi gubernator id fe-
 cisse dignoscitur ad consolandos virtutis Athletas, vt quicumque in hac
 vita virtutis remunerationem non fuerit adeptus, illam in altera

vita certo confidat se consequuturum. Quo sensu vere Irenaeus, *Enoch*, inquit, *placens Deo translatus est, translationem iustorum praemonstrans, & Elias adsumtus est, adsumtionem Patrum prophetans.*

(b) Hic nimirum integri textus genuinus est sensus: *superest post fata Enochus, desinit esse in terris, nec tamen sacerdos Dei esse desinit, in cuius oculis gratiam inuenit, ut eum sibi gratissimum terra altiozem, digniorem coelo ad se reciperet, ubi nunc eximiae donatus proemio virtutis, sacerdotio fungitur templi multo augustioris.* Quae legens quis non id sibi videatur legere, Enochum, quum e corpore excessisset, post fata superstitem in coelum quasi in domicilium suum peruenisse? — Non iniucundum erit audire, quae vir subtilis et magni inter suos nominis hac de re graphice differit his verbis: (c) *Das einzige, was sonst in dieser Genealogie als merkwürdig aufbehalten ist, ist dies, das Gott den Enoch, da er noch nicht die Hälfte der gewöhnlichen Lebensjahre erreicht, wegen seiner Gottesfurcht weggenommen habe. Die Worte haben wegen ihrer Kürze ihre Undeutlichkeit, doch läßt sich überhaupt der Sinn daraus erkennen. Enoch, heist es, sey, nachdem er Methusalem gezeuget, noch 300 Jahre in einem göttlichem Leben geblieben, und habe in allem ein-Alter von 365 Jahren erreicht. Darauf wird es noch einmal wiederholt, das er ein göttlich Leben geführt, aber das er darauf nicht mehr gewesen, weil Gott ihn weggenommen habe; die erste Redensart, das er ein göttlich Leben geführt, ist deutlich genug, und die gleichdarauf folgende Wiederholung derselben scheint wohl die exemplarische Größe seiner Gottesfurcht, und den Grund, warum ihn Gott so frühe weggenommen, anzuzeigen. Dieser letztere Ausdruck ist aber etwas dunkler, und weil von allen übrigen steht, das sie gestorben, so ist von diesem die gewöhnliche Erklärung, das Gott ihn zur Belohnung seiner Unschuld, und zum Beweise eines noch vollkommenern Lebens, ohne das er gestorben, durch eine sanftere Verwandlung in dasselbe gesetzt habe;*



habe; und man hält diese Erklärung, durch die Umschreibung des Apostels im Briefe an die Ebraeer, das er den Tod nicht gesehen habe, bestätigt. Es bleibt aber auch noch diese Erklärung übrig, das Gott ihn plötzlich, ohne das er das volle Lebensziel seiner Väter erreicht, weggenommen habe und das also mehr nur der Begriff des Unerwarteten und Uebernatürlichen, als einer solchen Verwandlung, darinn zu suchen, die der Apostel vermuthlich eigentlicher ausgedrückt haben würde. Ein so unerwarteter frühzeitiger Tod, wobei keine sichtbare Ursache vorhanden war, konnte um diese Zeit nicht anders, als eine unmittelbare Wirkung der Gottheit, angesehen werden, und war dies hinreichend genug, denselben auch durch den Ausdruck von der gewöhnlichen Art zu sterben, zu unterscheiden. So sahen alle alte Völker dergleichen schnelle frühzeitige Todesfälle an. Denn jeweniger der Mensch mit dem ordentlichen Gange der Vorsehung in der Natur bekannt ist, jemehr ist er geneigt, alles, wovon er nicht die nächste Ursache sieht, als eine solche unmittelbare Wirkung der Gottheit anzusehen. Da nun Henoch sich zugleich durch seinen Gottesfürchtigen Wandel auf eine so unterscheidende Art merkwürdig gemacht hatte, so musste auch dieser außerordentliche Tod, als eine unmittelbare Erklärung des göttl. Wohlgefallens, die größte Aufmerksamkeit auf sich ziehen. Es blieb also dieser Tod, auch als natürlicher Tod genommen, immer ein Beweis, von einer über die Unschuld mit Wohlgefallen wachenden vergeltenden Vorsehung, die der nachdenkenden Vernunft nächter allemahl der sicherste Grund ihrer Hofnung eines zukünftigen besseren Lebens geblieben ist.

(b) lib. V. aduersus haereses cap. 5.

(*) Id eo magis animaduertendum duxi, quod plures sint, qui adferant, Mosen nullam plane de meliore et immortalī vita mentionem facere. Non diffiteor, raro admodum hac de doctrina ab ipso sermonem institui, sed et occasionem id faciendi commodum deesse noui; In libris enim historicis et legibus, politiam exteriorem concernentibus, de se nec proemiorum aeternitati, nec suppliciorum necessario suus est

locus. Neque tamen defunt loci, quos inter laudatus ante omnes memorandus venit, e quibus facili negotio auspicari licet, probis post funera meliorem vitam esse exspectandam. sc. omne[m] magnum exemplum censetur esse veluti continuum et vocale documentum, vt Aeneid. 6.

— *Phlegyasque miserrimus omnes*

Admonet, et magna testatur voce per umbras,

Discite iustitiam moniti, et non temnere diuos.

Est autem Enochi exemplum illustre vel ex hoc maxime nomine, quod iam inde a prima aetate hominum insigne! Loquitur Enochi vitae probitas, placida beataque mors, et perennis felicitas post mortem. Loquitur inquam, (α) intempestiuam mortem non poenam, sed beneficium esse, (β) pretiosam esse mortem fidelium coram Deo, (γ) quantam curam Deus proborum gerat, vt certa iis aeternaque merces sit constituta: id quod bene animaduertit P. Anselmus Rittler in diss. de Ecclesia Credentium Mundo coaeva, Salisburgi 1784. §. 9. p. 61.

(c) *Betrachtungen über die vornehmsten Wahrheiten der Religion, Ed. Brunsvig. 1785. P. II. commentat. II. p. 163. sq.*

§. XXV.

Confectum iuimus laudato commate quo antiquius eo nobilius contineri testimonium, omnibus, qui Deo inferuerint, certum esse in coelo, ac definitum locum, vbi beati aeuo sempiterno fruuntur. Is facillimus verborum sensus est, ea mens scriptoris sacri, hanc doctrinam Israelitis etiam atque etiam inculcare cupientis, mortem non interitum esse omnia tollentem, atque delentem; eam tum pacatissimam adferre quietem, quum suis se laudibus vita occidens consolari potest; animas hominum esse immortales, iisque quum e corpore excefferint, reditum in coelum patere, optimoque, et iustissimo cuique expeditissimum, vbi sua innocentem proemia manent, sua virtutem merces. Perperam igitur in verbis illis prodigiosa Enochi vi-

venti



ventis-translatio aliorum quaerenda est, sed singularis potius ευφη-
μια? (d) Persaepe in mentem venit illius, quod Creusa apud Virgi-
lium Aen. II. 785 — 788.

*Non ego Myrmidonum sedes delopumue superbas
Adspiciam, aut grajis scrutum Matribus ibo,
Dardanis aut diuae Veneris nurus:
Sed me magna Deum genitrix his detinet oris.*

- (d) *Litteratur des katholischen Deutschlands, zu dessen Ehre und Nutzen heraus-
gegeben von katholischen Patrioten. Band III. Stück III. S. 336. Ern.
Frid. Car. Roffenmülleri Phil. mag. scholia in vetus testamentum P.
I. Lipsiae 1788. p. 52. D. Gotth. Traug. Zacharia biblischer Theologie 5ter
und letzter Theil. S. 436 -- 438.*

§. XXVI.

In eandem sententiam, quantum ego quidem intelligo, itum est
a plerisque, quicumque iam inde ab antiquissimis temporibus lo-
cum Mosis commentariis suis illustrarunt. Sic versio syriaca habet,
Et placuit Henoch Deo, & esse desiit, quia sumpsit eum Deus. A Deo
autem adsumi dicitur, quicumque beate obit: vnde vox illa in vulgo
nota *Gott hat ihn zu sich genommen. oi δ reddunt: Seruiuit Enochus Deo
& non inueniebatur, quia transtulit eum Deus.* Transtulerat vtique vi-
tae necisque dominus Enochum, modo nempe, quo transferrebat ho-
dieque transfert e vitae miseriis piorum omnium animas in beato-
rum sedem. Clarissime versio Arabica: *quumque ambulasset Enoch in
obedientia Dei, defunctus est, adsumsitque eum ad se.*

§. XXVII.

Suffragatur nobis Philo Iudaeus, qui in diuinis scripturis explicandis
altus, inque sublimis se tollens variam & multiplicem sacri Elo-
qui interpretationem praetexit. Is haec de Enocho: (e) Ο θεος εξης
αναγραφει τον απο χειρονος βιον προς τον αμεινονα μεταβαλοντα, ος καλειται

παρὰ μὲν Ἑβραίοισι Ἐνωχ, ὡς δ' αὖν Ἕλληνας εἰποῖεν πεχαρισμένους, ἀφ' ἧ καὶ
 ταῦτι λελεσται, ὡς ἀρὰ εὐηρεστήσεν Ἐνωχ τῷ θεῷ, καὶ ἠυρισκετο, ὅτι μετε-
 θήκειν αὐτὸν ὁ θεός. ἤγαρ μεταθέσις πρώτην ἐμφαίνει καὶ μεταβολήν. πρὸς δὲ
 τὸ βελτίον ἢ μεταβολή, διότι προμηνθεία γίνεται, *Ideo deinceps memorat*
 (Scriptura) *in melius mutatum hominem Enoch dictum Hebraeis i. e. gra-*
tiosum, de quo sic legimus, quod seruiuit Enochus Deo, & non est inuen-
tus, quoniam transtulit eum Deus. Nam haec translatio versionem & mu-
tationem significat. Fit autem in melius, quandoquidem fit per Dei prou-
identiam. Fuit certe Enochus in melius mutatus, quatenus per mor-
 tis iter, Deo utique prouidente, maturius ad quietis dulce & aeternum
 leuamen peruenit. Sed tamen quod haec vnica sit Philonis mens,
 non aufim contendere, subdit enim: εὐδ' εἰρηται, το, ουχ ἠυρισ-
 κετο, ἐπὶ τῆ μεταπτεθειμενς, τῷ τὸν ἀρχαίον ἐπιληπτον ἀπηλειφθαι καὶ
 ἠφανισθαι βιον, καὶ μηκετι εὐρισκεσθαι, καθάπερ εἰ μὴδε τὴν ἀργήν
 εἴγετο: recte vero & illud dicitur, non est inuentus, de transla-
 to: eoquod prior vita culpabilis euauerat, ut non inueniretur amplius, ac
 si ne fuisset quidem vnquam antea. Quod igitur in vita caeterorum Patri-
 archarum fecit, idem hic obseruamus, nempe historiam Enochi soler-
 ter in allegoricam inflectit expositionem, vnde operi suo in Genesin
 hunc fecit titulum, *Sanctarum legum allegoria.* Quam ob rem iuxta
 mentem eius dictum est, quod translatus non inueniebatur, vid. ve-
 stigatu & inuentu haud facilis. Traiecerat quippe, vt paulo inferius
 loquitur, in eruditionem ex ignorantia, in prudentiam ex impru-
 dentia, in fortitudinem ex timiditate, in pietatem ex impietate,
 ex voluptatum amore in temperantiam, ex ambitione in modestiam,
 cui mutationi non opes, non regna, non imperium conferendum
 esse recte addit. Quam quidem expositionem a simplici littera procul
 remotam etsi haud amplectamur, at de prodigiosa certe Enochi trans-
 latione in hoc antiquissimo testimonio nec iota nec vestigium. Quam
 vero



vero commoda, imo vero quam necessaria occasio & hic & alibi se vltro obtulit, de illa differendi? Vnde facile persuademur, Philoni ñe in mentem quidem venisse, quod Enochus ita aliorum sit translatus, vt temporalem mortem effugeret. — Alter vero, quem nominasse, laudasse est, simpliciter ait (f) *ανεχωρησε προς το θειον* s. p. *Ad Deum perrexit, quare nihil de morte ipsius scriptis mandatum est.* Qui si induxisset in animum, Enocho datam esse coelitus immunitatem a communi mortalitatis lege, num ieiune adeo loquutus fuisset, quin aliquam animaduersionem adiceret? nonne quod eius opera peruoluenti innotescit, praefixus ab eo scopus exigebat, ut rem tam nouam, tam inauditam superioribus temporibus, posteris vix credibilem in clara luce poneret, a falsitatis suspicione vindicaret, & genuina rei gestae expositione ad ferae posteritatis memoriam consecraret?

(e) De nominum mutatione Vol. I. ed. Mangey. p. 584.

(f) Iosephus antiquitat. lib. I. cap. 3. §. 4.

§. XXVIII.

Verum tamen quae audio, dissimulare non possum. Quid? clamat ingens Theologorum chorus, Enochus morte defunctus est? nonne ipse Apostolus verbis non ambiguis adferit, *fide eum translatum esse, vt non videret mortem* Heb. XI. 5. — Difficilis, non est inficiandum, videtur primo obtutu locus Apostoli *πιστει Ενωχ μετατεθη τε μη ιδειν θανατον, και εν ευρισκετο, διοτι μεταθηκεν αυτον ο θεος*, qui ipse diu multumque me retinuit, quo minus ita, atque nunc intelligo, Mosen interpretarer. Si Enochus non vidit mortem, ergo adhuc viuuit, ergo viuus aliorum translatus, ergo temere naturali morte defunctus perhibetur, quum *non videre mortem* denotet immunitatem a morte, vt cernere licet Matth XVI. 28. Luc. II. 26. Ioan. VIII. 51. Pf. LXXXVIII. 49.

§. XXIX.

§. XXIX.

Audiuimus: at ne subirascentur nobis, si victas dare manus tantisper retardemus. Neque enim tanta in his adest, quanta adparet prima fronte difficultas. Primo enim dici potest, quod Apostolus ibi loquatur de morte peccatorum, vt idem ferme sit cum illo, quod habet autor libri Sapientiae, *ne malitia mutaret intellectum eius, quod ne fictio deciperet animam illius*. Sane scriptura peccatores mortuos vocat, quo significatu legimus: *sine mortuos sepelire mortuos*. *, Ex quo illud: *Improbi dum viuunt, mortui sunt*. Enochus ergo potest dici non mortuus esse, quia iustus erat. Iusti quippe non moriuntur: vnde dictum Hebraeorum: *Iusti etiam in morte sua viuunt*. Transeunt enim ex vita hac misera in beatiorē nulla temporis diurnitate finiendam, de qua Saluator Ioan. VIII. 51. *Siquis sermonem meum serauerit, mortem non videbit in aeternum* i. e. eam vitam consequetur, quae morte careat. Quae promissio vtique non profligat a recte credentibus statutam mortem hominis, vt Iudaei sibi persuasum habuerunt, qui *solum carnis mortem adspicientes, in veritatis sermone caligabant?* (g) Ad alteram animae propriam, quae per excellentiam mors dicitur. (h)

(g) Gregorius M. Hom. XVIII.

(h) Vide sis diss. Ioannis Drusii, de Patriarcha Henoch eiusque raptu et libro, e quo Iudas Apostolus testimonium profert: vbi et de libris in scriptura memoratis, qui nunc interciderunt. Franeckeræ Frisonum 1615 apud Criticos sacros Tom. VI. p. 2030. Fried. Aug. Schubart Diss. Theol. de immortalitate Christi, et christianorum Halae 1755. sect. II. §. 41. p. 43.

§. XXX.

Alii quod Heinſio praeplacet, Enochum ita putant dici *αθανάτων*, ac si eius mors in S. litteris saltem non reperiatur, et legendum esse,

esse, ὅτι εχ εὕρισκται. Cui sententiae robur accedit ex dicto Hebraeorum, *Iacob non est mortuus*, inde nato, quod scriptura vbi mortis eius mentionem facit, non vsurpet nomen *mortis*, sed verbo v-tatur וַיִּנְשָׁמָה *expiravit* Gen. XLIX. 32. Crediderim ego id Mosen eo fecisse consilio, vt placidam Iacobi quietem exprimeret, qui animo ita tranquillo morti se dedit, qualiter et vegeti se ad somnum componere solent. Si tamen Rabbiorum haec argumentatio minus seria videatur, neque enim ignoro, e multis locis ostendi posse, vim hebraicae vocis וַיִּנְשָׁמָה eandem ferme esse atque יָמָת: Iuvat exemplum aliud haud dissimile, et multo illustrius ex eodem Apostolo in medium adferre. De Melchisedechō scribit Heb. VII. 3. ἀπατωρ, ἀμητωρ; quibus minime innuit, cum obscuris parentibus natum, aut plane nullos habuisse parentes, qualis nullus vnquam hominum extitit; sed quod Genealogia eius nusquam in scripturis texatur, vt ipse dilucidationis causa addit ἀγενεαλογητος. Sic apud Liuium IV. 3. *Ancus Patre nullo, matre serua*. Seneca ep. 108 quum dixisset, *duos Romanos Reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem*, id ipsum explicans subiicit: *De Seruii matre dubitatur: Anci pater nullus, Numae Nepos dicitur*. Tiberius apud Tacitum XI. 21. *annal. Curtius Rufus videtur mihi ex se natus* i. e. ἀπατωρ et ἀμητωρ. Optatus Mileuitanus de victore Garbenfi Donatista lib. 2. p. 34. *Erat ibi filius sine patre*. Nempe Melchisedechus nulla generis nobilitate, nulla parentum mentione, quam tamen in viris eminentioris praerogatiuae facere plerumque Moses amat, nobis ad intuendum proponitur, non secus ac si repente e coelis delapsus esset, et mox eo se recepisset: quo verborum delectu haud dubium, quin Apostolus propriam Melchisedechi dignitatem, propriamque sanctimoniam clarius expresserit, et magis amplificarit. Ita saepe veteres argumentum trahunt ex eo, quod in textu non dicitur.

citur. Sic Philo. *lib. quod deterius potiori insidiari soleat, sub finem*, ex eo, quod Caini mors nunquam in lege scripta inueniatur, deducit *καλον αθανατον ειναι αφροσυνην*; et contra, *animum placere ante opera*, ex eo, quod Noachus Deo placuisse perhibetur ante operum mentionem. Alia denique nec contemnenda expositio controversi commatis haec est: sc. Iudaei locum Mosis ita interpretati sunt, ut dicerent, ablatum esse Enochum a Deo, ne moreretur. Huic Iudaeorum opinioni si se adcommodauerit Paulus, et quid prohibet dicere? (i) nostra triumphat adfertio.

(i) D. Georgii Rosenmülleri scholia in N. T. Tom. V. p. 233.

§. XXXI.

Equidem nec mentis meae, nec virium est, quae harum adfertionum ad veritatem accedat propius, certo statuere: satis contentus, id quod tacente me quivis inde colliget, locum Apostoli sententiae nostrae veritati nullatenus aduersari. Sciscitanti tamen, quid ipse sentiam, reliquorum pace repono: his verbis Apostolum nihil innuere aliud, nisi Enochum placide migrasse ex hac vita, et sine iis incommodis, quae mortem comitari solent, obisse. Nam huiuscemodi *non mori* dicuntur, contra qui cum angoribus curis atque perpetuo cum morbis conflictantur, eo loco habentur, ac si *mortui* essent. His facile inducor, qui credam, Apostolum loqui de morte calamitatum et aegritudinum, ut sensus sit, sic e vita migrasse Enochum, *ut non sentiret mortis acerbitatem* i. e. ea incommoda, quae mortem praefertim improborum, comitari solent. Id simplicissimum *εμφατικωτατον*. Etenim *videre mortem*, idem est, quod *gustare mortem*, ut adparet Ioan. VIII. 51. 52. *Videre* autem uti *gustare* ponitur pro *experiri* s. *sentire* more Hebraeorum, qui nomina notissimorum sensuum ad cuiusvis experimenti significationem aptant. Dura videri possit translatio, sed usitata est etiam



difertioribus. Polybius dixit γενεσθαι Φονε, pro *patrare caedem*: for-
 san potius pro *homicidiorum initium facere, degustare sanguinem huma-*
num. Sic Homer. odyss. v. 181. γενεσθαι χειρων, pugnis ferire; et
 odyss. φ. 98. γενεσθαι οιστρ, *sagitta vulnerari, sagittae acumen in se*
experiri; et Il. v. 258. γενομεθ' αλληλων χεληρσων εγχεισων, *experire-*
mur alter alterum hastis. Metaphora haec fumta est, pro more scrip-
 turae, a Calice, qui tanquam propinetur morituro, mortem con-
 tinente; vel ab iis, qui venenum epotant. Addo, quod **צב** He-
 braeis est *experiri* pf. XXXIV. 9. Vnde Ionathan et Ierof. ad deut.
 XXXII. 1. scribunt homines esse testes, qui gustant mortem in hoc
 saeculo, coelum autem ac terram esse testes, qui non gustant
 mortem in hoc saeculo. Neque temere intelligo *mortis acerbitatem*,
 quam pius Enochus non fenserat; accipitur enim hic de morte ca-
 lamitatum et dolorum, vt ibi Prov. X. 2. XI. 4. sap. XVI. 18 *Iu-*
stitia liberat a morte, i. e. interprete Syracide *εν πασησ κηρωσσεσ*.
 Mortem quippe iustus aequissimo animo expectat venientem, acce-
 dentem sustinet, & vt initium vitae beatoris oppetere gessit. Vi-
 vit ergo quum moritur, & secundum exteriorem speciem victus a
 morte, mortem ipsam vincit, eamque conculcans immortalem vi-
 tam adprehendit. Adtamen qui etiam placide migrat ex hac vita,
 quam *ευθανασιασ* vocant, *moritur & simul non moritur*, quia non
 sentit dolores mortis. Enochus itaque ob meritum fidei id adeptus
 est, vt exspiraret placide, vitam sine morbo aut dolore finiens.

- (*) Atque ita diiudicandas cenfeo paraphrases, quas referunt Targum On-
 kelos, & *ambulavit Henoch in timore Domini & non comparuit, nec e-*
tiam occidit eum Deus. Et Ionathan. *Quia morte non adfecerat eum Do-*
minus. Vel enim interpretes isti ad vitam respexerunt, quam sua Eno-
 cho virtus peperit, *morte carentem*, de qua sup. §. XXIX. vel hoc dic-
 tionis genere vsi sunt, quia placida et quietamorte, obdormienti si-
 milis, hinc abiit Enochus.

§. XXXII.

Quid multa? nec ipsi Apostolo fuisse persuasum Enochum adhuc viuere, eodem capite integra orationis series luculenter innuere videtur. Nimirum ab initio notationem quandam fidei tradit. Ad quam exhortetur efficacius, deinceps vim ac proprietatem fidei declarat illustratque variis antiquorum Patrum exemplis, qui per fidem magna & mira passi fuere, ac operati, ideoque per eam testimonium adepti in s. litteris, quod iusti essent, ac Deo probati. Denique excitat ad perseuerantiam fidei ad mortem vsque. Ad id vero persuadendum mirifice valent antiquorum exempla Patrum Abellis, Enochi, Abrahami, Sarae, quorum fidem quum in superioribus commendauerit, nunc addit vers. 13. *Eos omnes in fide defunctos esse, promissionibus non acceptis, vt quae in aliam seruentur vitam, κατὰ πίστιν ἀπεθάνον ἕτοι πάντες.* Multum hic locus eorum torfit ingenia, qui Enochum mortem oppetiisse inficiantur; vnde mirum est, in quam varias abierint vias, vt haec Apostoli verba cum antecedentibus conciliarent, sed haud scio, an feliciter solideque. (k) Ego quidem generali hoc effato etiam Enochum comprehendi, his persuadeor rationibus, quod (α) Apostolus vniuerse loquatur de ijs, quorum fidem in superioribus commendauit. (β) Enochum verbis disertis non excepit, vbi *omnes defunctos esse* contendit, id quod necessarium fuisset ad singulare vnius priuilegium palam omnibus faciendum. (γ) Oraculum Paulinum non de terrena potissimum haereditate verba facit, sed de coelesti, in cuius expectatione omnes iusti supra memorati defuncti sunt: sed coelestia promissa, quae antiqui iusti per fidem procul adspicientes salutabant, ad Enochum aequae pertinent, de quo sicut de reliquis, verum illud: *Aduena sum & peregrinus* ps. XXXVIII.

(k) vid. Estius Comment. in epist. ad Heb. h. 1.

§. XXXIII.

Sed Enochum mortis expertem, viuum raptum esse aliorum; multi pro comperto habent, his innixi argumentis I. Si Moses ablationem Enochi per mortem, non per adfumptionem ad Deum cum corpore & anima intellexisset, frigidissimae tautologiae vitio eius scateret narratio. II. Translatio Enochi exponitur, vt eximiae pietatis eius merces. At pietas non est causa mortis, sed potius vitae diutissimae vel immortalitatis. III. Enochus & Elias expressa diuinitus imagine multis ante saeculis futurum Messiam repraesentarunt. Sic Gregorius Magnus Hom. XXIX. in Euangelia scribit: *sicut Ioseph a fratribus venditus venditionem Redemptoris nostri figurauit: sic Henoch translatus, atque ad coelum aereum Elias subleuatus, adscensionem dominicam designauit.* IV. Denique graeci pariter & latini Patres cum Iudaeis autoribus plerisque docuerunt, virum hunc probum singulari priuilegio e contagione huius mundi subduci meruisse, & adhuc superstitem in deliciarum locum fuisse translatum.

§. XXXIV.

Ast perperam se nostram his argumentis causam prostrauisse iacitant. A primo vt exordiar, nihil apud Hebraeos deprehendi frequentius, quam eiusdem rei & cogitationis crebram & continuatam repetitionem, eorum scripta sedulo peruolentem non latet. Sic Isaiae XXXVIII. II. *Non aspiciam hominem ultra, & habitatorem quietis, generatio mea ablata est, & conuoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum, praecisa est, velut a texente vita mea, dum adhuc ordier, succidit me; & ps. XVI. 10. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem,* eadem cogitatio verbis idem significantibus extenuatur, illustratur. Neque descriptio Mosis ieiuna valde & superuacanea ταντολογία censeretur, quum

quum prima dictionis parte, & non ipse, subitanam Enochi mortem, altera vero tulit eum Deus placidam & beatam mortem indicatam voluerit.

§. XXXV.

Quod pertinet ad alterum: senectus vera, ac quae aestimanda & in pretio habenda est, non ea est, quae diuturna & multorum annorum: sed vera canities hominis est vita immaculata, quamquam breuissima, id quod omnium aetatum sapientes probe intellexerunt. *Vita non quamdiu, sed quam bene acta, refert*, ait Seneca de breuitate vitae; & alibi: *Non est vita maior, quae longior*. Profecto satis diu vixit, qui vixit bene. Praeclare Cicero: *Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectae profecto functus est munere.* (m) Pari sensu Martialis: *dum numerat palmas, credidit esse senem*: Accedit, quod intempestiua mors singularis Dei fauor sit: vnde Isaiae LVII. I. legitur מִפְּנֵי הַרְעָה נִאֲרָה הַצַּדִּיק *A facie mali collectus* (ad populum suum v. sublatus e viuus) *est iustus*. Nempe Deus iustum etiam ante aetatem completam saepe tollit, tum ne a pietate discedat, vi peccati inundantis abreptus; tum etiam ne calamitatis imminentis supplicio vna cum improbis adficiatur. Graecum est dictum: ὃν φίλασ' οἱ θεοί, ἀποθνήσκεις νεός (n) Quod autem Enochum speciatim adinet, eius praematurum obitum singulari diuini numinis beneficio accidisse, satis declarat autor lib. sap. IV. IO. II. verbis minime dubiis, εὐαρεστος τῷ Θεῷ γενομένος ἡγατηθῆ, καὶ εἶων μεταξὺ ἀμαρτωλῶν μετετεθῆ. Ἠεπαγγ μὴ κακία ἀλλάξῃ συνέσει αὐτῆ, ἡ δόλος ἀπίστησιν ψυχῆν αὐτῆ: *Placens Deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores traslatus est: raptus est; ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius*. Non ignoro hunc locum a Patribus & interpretibus haud paucis iusto cuilibet maturius defuncto adplicari: ego tamen sequutus D. Ambrosium (o), de solo Enocho litteram accipio his adductus

adductus causis. In primis ex ipso sermonis genere elucet, puto, satis, autorem respicere ad locum Gen. V. 24. vbi historia Enochi commendatur, ac eodem *εναρεσθησεν* vtitur vocabulo, quo ibidem *οι ο'*, & loco cuius vulgatus habet: *Ambulauit coram Deo*. Eadem hic vox *μετατιθημι* occurrit, qua Enochi beatam mortem aliis in locis insignit scriptura. Deinde quae ab hoc versu vsque ad v. 16. dicuntur, exempli ac probationis thesors ab autore propositae, rationem habent; q. d. iustum aliquem praemature hinc tolli, beneficium potius, quam poenam esse, Enochi exemplo luculenter discimus, cuius praepropera euocatio ex hac vita diuinae beneuolentiae signum minime obscurum fuit. Placens quippe vitae integritate & dilectus a Deo euocatus est ab hac mortali corruptaque vita ad alteram, quae in luce purissima nullis tenebris mixta degitur. (p)

(m) Tusc. I. p. 71.

(n) Verè hic illud Poetae locum habet:

*Incolumi Troia Priamus venisset ad umbras
Asfaraci magnis solennibus, Hectore funus
Portante ac reliquis fratrum ceruicibus, inter
Iliadum lacrymas, vt primos edere planctus
Cassandra inciperet, scis saque Polyxena palla,
Si foret extinctus diuerso tempore, quo non
Coepert audaces Paris aedificare Carinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit
Euersa, & flammis Asiam ferroque cadentem &c.*

Et quae sequuntur apud Iuuenalem satyra 10.

(o) In oratione de obitu fratris, & rursus in psalm. XL. & LXV.

(p) Vid. sis F. Wilhelmi Smits eruditae elucidationes in lib. Sap. edit. Antverp. p. 37.

§. XXXVI.

Tertium non moror: nemo est omnium, qui maiorem & prae reliquo mortalium grege longe sublimiorem personam cogitet, quam quem

quem profitemur, hominem Deum, Iesum Christum. Is equidem adsumtus erat in coelum Act. I. 11; at mortem ante perpeffus, a Deo resuscitatus a mortuis Act. II. 32, & primogenitus mortuorum I. Cor. XV. 20, Col. VII. 1. 18. Apoc. I. 5. Quo magis certe admireris, purum hominem a statuta moriendi lege fuisse immunem, sin autem: profecto tam speciale priuilegium verbis nudis & apertis declaratum nobis & patefactum esse oportet, nec adquiescere tuto possumus verbis huiusmodi, quae de fidelis cuiusque fortunato obitu diuinus ipse Magister vsurpat. Quo etiam facto non possum non tantam, ignosces amabo, vnus Enoch praerogatiuam prae Messiae diuina persona admirari, & quid causae lateat, diligenter requirere. Designauit, inquis, Messiam: at certe immunitate a morte designare nequibat eum, qui mortem sustulit, & qui eum ad finem e coelis descendens, vt pro omnibus mori posset. Neque vero hoc abnuuit Gregorius, qui duo l. c. ostendit, primo Christum propria virtute ascendisse in coelum, vt constat ex ipsius verbis: *Nam Henoch translatus, Elias vero ad coelum subuectus esse memoratur, vt venerit postmodum, qui nec translatus, nec subuectus coelum aethereum sua virtute penetraret.* Deinde probare in mente habuit, quod per incrementa temporum creuerit munditia sanctitatis, id quod & per translatos famulos, & per adscendentis domini personam plus, quam satis innotescere contendit: *Translatus nempe est Henoch & per coitum genitus, & per coitum generans. Raptus est Elias per coitum genitus, neque per coitum generans; adsumtus vero est Dominus, neque per coitum genitus, neque per coitum generans.* Vnde fit consequens. nihil plane cit. loc. facere ad rem nostram.

§. XXXVII.

Quod vltimo loco adfertur, melius fecerni debet. Piaculum non est, neque eruditus quisquam catholicae communionis religioni sibi ducit, dissentire a doctissimis & sanctissimis Patribus in iis, quae

adductus causis. Inprimis ex ipso sermonis genere elucet, puto, satis, autorem respicere ad locum Gen. V. 24. vbi historia Enochii commendatur, ac eodem *εναρθεσσησιν* vtitur vocabulo, quo ibidem *οι ο'*, & loco cuius vulgatus habet: *Ambulauit coram Deo*. Eadem hic vox *μετατιθημι* occurrit, qua Enochii beatam mortem aliis in locis insignit scriptura. Deinde quae ab hoc versu vsque ad v. 16. dicuntur, exempli ac probationis thesios ab autore propositae, rationem habent; q. d. iustum aliquem praemature hinc tolli, beneficium potius, quam poenam esse, Enochii exemplo luculenter discimus, cuius praepropera euocatio ex hac vita diuinae beneuolentiae signum minime obscurum fuit. Placens quippe vitae integritate & dilectus a Deo euocatus est ab hac mortali corruptaque vita ad alteram, quae in luce purissima nullis tenebris mixta degitur. (p)

(m) Tusc. I. p. 71.

(n) Vere hic illud Poetae locum habet:

*Incolumi Troia Priamus venisset ad umbras
Asfaraci magnis solennibus, Hectore funus
Portante ac reliquis fratrum ceruicibus, inter
Iliadum lacrymas, vt primos edere planctus
Cassandra inciperet, scis saque Polyxena palla,
Si foret extinctus diuerso tempore, quo non
Cooperat audaces Paris aedificare Carinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit
Euerfa, & flammis Asiam ferroque cadentem &c.*

Et quae sequuntur apud Iuuenalem satyra 10.

(o) In oratione de obitu fratris, & rursus in psalm. XL. & LXV.

(p) Vid. sis F. Wilhelmi Smits eruditas elucidationes in lib. Sap. edit. Antverp. p. 37.

§. XXXVI.

Tertium non moror: nemo est omnium, qui maiorem & prae reliquo mortalium grege longe sublimiorem personam cogitet, quam quem

quem profitemur, hominem Deum, Iesum Christum. Is equidem adsumtus erat in coelum Act. I. 11; at mortem ante perpeffus, a Deo resuscitatus a mortuis Act. II. 32, & primogenitus mortuorum I. Cor. XV. 20, Col. VII. 1. 18. Apoc. I. 5. Quo magis certe admireris, purum hominem a statuta moriendi lege fuisse immunem, sin autem: profecto tam speciale privilegium verbis nudis & apertis declaratum nobis & patefactum esse oportet, nec adquiescere tuto possumus verbis huiuscemodi, quae de fidelis cuiusque fortunato obitu diuinus ipse Magister vsurpat. Quo etiam facto non possum non tantam, ignosces amabo, vnus Enoch praerogatiuam prae Messiae diuina persona admirari, & quid causae lateat, diligenter requirere. Designauit, inquis, Messiam: at certe immunitate a morte designare nequibat eum, qui mortem sustulit, & qui eum ad finem e coelis descendens, vt pro omnibus mori posset. Neque vero hoc abnuuit Gregorius, qui duo l. c. ostendit, primo Christum propria virtute ascendisse in coelum, vt constat ex ipsius verbis: *Nam Henoch translatus, Elias vero ad coelum subuectus esse memoratur, vt venerit postmodum, qui nec translatus, nec subuectus coelum aethereum sua virtute penetraret.* Deinde probare in mente habuit, quod per incrementa temporum creuerit munditia sanctitatis, id quod & per translatos famulos, & per adscendentis domini personam plus, quam satis innotescere contendit: *Translatus nempe est Henoch & per coitum genitus, & per coitum generans. Raptus est Elias per coitum genitus, neque per coitum generans; adsumtus vero est Dominus, neque per coitum genitus, neque per coitum generans.* Vnde fit consequens. nihil plane cit. loc. facere ad rem nostram.

§. XXXVII.

Quod vltimo loco adfertur, melius fecerni debet. Piaculum non est, neque eruditus quisquam catholicae communionis religioni sibi ducit, dissentire a doctissimis & sanctissimis Patribus in iis, quae



adductus causis. Inprimis ex ipso sermonis genere elucet, puto, satis, autorem respicere ad locum Gen. V. 24. vbi historia Enochii commendatur, ac eodem *εναρξουσα* vtitur vocabulo, quo ibidem *οι ο'*, & loco cuius vulgatus habet: *Ambulauit coram Deo*. Eadem hic vox *μετατι-θης* occurrit, qua Enochii beatam mortem aliis in locis insignit scriptura. Deinde quae ab hoc versu vsque ad v. 16. dicuntur, exempli ac probationis thesors ab autore propositae, rationem habent: q. d. iustum aliquem praemature hinc tolli, beneficium potius, quam poenam esse, Enochii exemplo luculenter discimus, cuius praepropera euocatio ex hac vita diuinae beneuolentiae signum minime obscurum fuit. Placens quippe vitae integritate & dilectus a Deo euocatus est ab hac mortali corruptaque vita ad alteram, quae in luce purissima nullis tenebris mixta degitur. (p)

(m) Tusc. I. p. 71.

(n) Vere hic illud Poetae locum habet:

*Incolumi Troia Priamus venisset ad umbras
Asaracè magnis solennibus, Hectore funus
Portante ac reliquis fratrum ceruicibus, inter
Iliadum lacrymas, vt primos edere planctus
Cassandra inciperet, scis saque Polyxena palla,
Si foret extinctus diuerso tempore, quo non
Coeperat audaces Paris aedificare Carinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit
Euersa, & flammis Asiam ferroque cadentem &c.*

Et quae sequuntur apud Iuuenalem satyra 10.

(o) In oratione de obitu fratris, & rursus in psalm. XL. & LXV.

(p) Vid. sis F. Wilhelmi Smits eruditae elucidationes in lib. Sap. edit. Antverp. p. 37.

§. XXXVI.

Tertium non moror: nemo est omnium, qui maiorem & prae reliquo mortalium grege longe sublimiorem personam cogitet, quam quem

quem profitemur, hominem Deum, Iesum Christum. Is equidem adsumtus erat in coelum Act. I. 11; at mortem ante perpeffus, a Deo resuscitatus a mortuis Act. II. 32, & primogenitus mortuorum I. Cor. XV. 20, Col. VII. 1. 18. Apoc. I. 5. Quo magis certe admireris, purum hominem a statuta moriendi lege fuisse immunem, sin autem: profecto tam speciale privilegium verbis nudis & apertis declaratum nobis & patefactum esse oportet, nec acquiescere tuto possumus verbis huiusmodi, quae de fidelis cuiusque fortunato obitu diuinus ipse Magister vsurpat. Quo etiam facto non possum non tantam, ignosces amabo, vnus Enochi praerogatiuam prae Messiae diuina persona admirari, & quid causae lateat, diligenter requirere. Designauit, inquis, Messiam: at certe immunitate a morte designare nequibat eum, qui mortem sustulit, & qui eum ad finem e coelis defenderat, vt pro omnibus mori posset. Neque vero hoc abnuuit Gregorius, qui duo l. c. ostendit, primo Christum propria virtute ascendisse in coelum, vt constat ex ipsius verbis: *Nam Henoch translatus, Elias vero ad coelum subuectus esse memoratur, vt venerit postmodum, qui nec translatus, nec subuectus coelum aethereum sua virtute penetraret.* Deinde probare in mente habuit, quod per incrementa temporum creuerit munditia sanctitatis, id quod & per translatos famulos, & per adscendentis domini personam plus, quam satis innotescere contendit: *Translatus nempe est Henoch & per coitum genitus, & per coitum generans. Raptus est Elias per coitum genitus, neque per coitum generans; adsumtus vero est Dominus, neque per coitum genitus, neque per coitum generans.* Vnde fit consequens. nihil plane cit. loc. facere ad rem nostram.

§. XXXVII.

Quod vltimo loco adfertur, melius fecerni debet. Piaculum non est, neque eruditus quisquam catholicae communionis religioni sibi ducit, dissentire a doctissimis & sanctissimis Patribus in iis, quae



quocunque modo explicentur, ac dirimantur, nullam diuinis litteris, nullam fidei doctrinae, nullam Ecclesiae sanctae iniuriam referunt, & veritate, quam proxime possunt, accurate confectantur. Nam vt Vincentius Lirinensis probe monuit, *antiqua scilicet Patrum consensio non in omnibus diuinae legis quaestiuunculis, sed solum in fidei regula magno nobis studio & inuestiganda est; & tenenda.* Profecto antiquitati, doctrinae, sanctitati iniurius est, qui fidem eorum in his contemnit: at qui sibi persuaserit, in veterum libris nihil quidquam esse erroris, laterem, vt aiunt, lauerit, quisquis isthoc conetur probare. Hanc siquidem felicitatem Deus solis diuinis voluminibus inesse voluit. Caeteroquin nemo quamtumuis eruditus & sanctus, non interdum hallucinatur, non alicubi caecutit, non quandoque labitur. (q) *In reliquis profanae litteraturae partibus, inquit celeb. Muratorius, imo in ipsiis scripturis interpretandis, ubicunque non agitur de salutari illa fidei & charitatis doctrina, nunquam ita premimur auctoritate aut sanctitate, aut eruditione Maiorum, vt, siquid melius, verius, aut saltem verosimilius ac probabilius nobis occurrat, proferre, atque etiam adoptare non liceat, dum scripturae sanctae veracitas, dignitasque ubique intacta seruetur.* (r) Quo sensu recte Caietanus, vt doctrina, ita probitate conspicuus: *Nullus detestetur nouum s. scripturae sensum ex hoc, quod dissonat a praeis doctoribus: non enim allegauit Deus expositionem Ss. Scripturarum praeis doctorum sensibus, sed scripturae ipsi integrae sub catholicae Ecclesiae censura.* (s) Sane idem illustrissimus Augustinus grauissimis verbis contendit: *Alios, inquit, ita lego, vt quantalibet sanctitate, doctrinaque polleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt: sed quia mihi vel per autores Canonicos, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt.* (t) Memoratu dignum est, quod ex autore incerto vitae Iohannis Chrysofomi cap. 37. notat Godofretus in comment. ad leg. I. cod. Theod. de responsione pendent. Hunc sanctum Patrem in interpretandis

pretandis scripturis ita felici diuinoque adeo ingenio praeditum esse, ut quamuis caeteri Ecclesiae Patres communibus suffragiis locum aliquem scripturae secus, quam ipsi visum esset, interpretarentur, contra omnes vnus praeponderaret sententia. *

(q) P. Melchior Canus in locis Theologicis de Sanctorum autoritate lib. VII. cap. 3.

(r) De ingeniorum moderatione in religionis negotio lib. I. cap. 23. edit. Ven. p. 108. & lib. III. cap. 16. p. 235.

(s) In praefatione comment. in quinque libros Moſis.

(t) Ep. 82. alias 19. ad Hieronymum Tom. II. col. 190. n. 3. item ad Fortunatianum ep. 3. apud Gratianum Dist. IX. can. X.

*PP. Con. Trid. Sefs. IV. sapientissime in eam iuere sententiam, quae & vnitati fidei consultit, & ingeniorum libertatem non imminuit, optime intelligentes, quando scripturae veracitas, fideique verae doctrina sine vi collocentur in tuto, non esse litem intentendam diuersis interpretum sententiis de rebus ad fidem & mores & christianae doctrinae aedificationem nequaquam pertinentibus. Digni sunt, qui legantur vix omni ex parte doctissimus & chronologorum antesignanus Dion. Petauius in opere de Theol. dogmat. T. I. proleg. Cap. I. §. 7. & 8. & Critices notitia praestantissimus Honoratus animaduersion. in regulas & vsum Critices Tom. I. Diff. II. art. IX. ed. Venet. pag. 88. & in nota, diff. III. art. VIII. p. 162. Et qui huius scientiae iure sibi primas vendicat Nicol. le Nourry in apparatu ad Bibliothecam maximam veterum Patrum & antiquorum scriptorum Ecclesiasticorum Lugduni editam, in quo quidquid ad eorum scripta & doctrinam variosque scribendi & docendi modos pertinet, dissertationibus Criticis examinavit, & mire illustravit. Ed. Paris. de a. M. DCCIII. T. I. lib. I. diff. XII. §. 6. P. 247. 251.

§. XXXVIII.

Quas hactenus adduximus, rationes vellem adcuratius suis ponderibus examinassent. ii, quorum immortalia opera ingenio parta grata veneror memoria: non tot certe numero viri, tot diuinarum literarum



terarum solertissimi explanatores portentosam Enochii viuentis translationem credidissent, edocuisse. Sed ut fit, vnus necessariis eruendae veritatis subsidiis haud satis instructus ait, alter adsentitur, tres laudant, totum agmen subscribit, conclamat. Vtinam id generis exempla nulla haberemus! quid clarius verbis Deut. XXXIV. 5. *Mortuusque est ibi Moses seruus Domini in terra Moab ex praestituto Iehouae.* Quot tamen scripturarum interpretes, quot ecclesiae Patres, neque enim hi, ut monuimus, ab huiusmodi erroribus immunes: extiterunt, qui legislatorem hunc fato haud quaquam functum esse crediderunt, non secus ac Enochum & Eliam, eo quod primo cum illis in Iesu Ch. transfiguratione adparuit, deinde quod sepulchrum eius non est inuentum; demum per verba Apoc. XI. 6. *Hi habent potestatem aquas conuertendi in sanguinem, & percutere terram omni plaga*, Mosē arbitrabantur significari, qui conuertit aquas in sanguinem & percussit Aegyptum omni plaga. (v) * Porro e verbis Christi ad Petrum Ioann. XXI. 22. *εαν αυτον θελω μενειν εως ερχομαι, τι προς σε*, vbi vulgata legit: *Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te?* quam variantium cunque lectionem feligat, eruere hodie audebit nemo vnus, a praescripta mortalibus omnibus obeundi lege Apostolum fuisse immunem. At non solum multi inter Apostolos inde collegerant, Ioannem minime futurum morti obnoxium, vel saltem non nisi in mundi cuitu moriturum. sed & quod magis admirandum est, ea opinio sequentibus post temporibus plures diu insignesque Patronos numerauit, eoque magis, quod etiam suffulciri videbatur alio textu Apoc. X. 10. 11. *Oportet te iterum prophetare gentibus & populis & linguis & regibus multis.* (x) Quam ob rem sicut Mosē & Ioannem suum obiisse diem nulla viro- rum secus sentientium ratione habita pro certo habemus: ita Enochum fato functum esse, si adlata scripturarum effata ad trutinam reuoces, nihil est, quod ambigas.

- (v) Sententia haec inuenitur apud Iſidorum Hiſpalenſem de vita et morte Sanctorum, & Abbatem Rupertum in Deut. lib. II. cap. 22.
- (x) P. Georgii Trapezuntini opuſculum, quod Ioannes Euangelifta non fit mortuus, ſummo Pontifici nuncupatum: Baſilæe 1543. Iacobus Faber Stapulenſis in Diſſ. de vna e tribus Maria fol. 82. Florentinius Not. in Martyrolog. vetus Hieronymi p. 123. ſq.
- (*) Illud Deut. XXXIV. 6. ויקבר אתו plerique ita intelligunt, acſi corpus Moſis ab ipſo Deo fuiſſet inieſta humo. contactum. Quid autem ſi tertia perſona praet. acſ. ſumatur paſſiue ſiue imperſonaliter, more hebraico, et *ſepeliuit* pro *et ſepultus eſt*: aut ſi vertam, *et ſepeliuit ſemet ipſe*, ingreſſus ſc. in ſpeluncam arctam, vbi ſpiritum reddidit? Verum vt concedam, genuine textum reddi ab iis, quibus placet, *et ſepeliuit eum*, nihil tamen inde eruitur aliud, niſi gubernante Dei prouidentia accidiffe, vt Moſes non inhumatus proiiceretur, ſed ſepulturam nancifceretur, quod vel Angelorum miniſterio, vel alia quacunque ratione fieri potuit. Id quidem facile nemo quisquam inficiabitur, ſi Moſes ex ſeſe in ſpecum conceſſit, vbi animam efflaturus erat, ibique ſepultus ac ſtratus permanſit, eodem in ſitu, quo obiit, recte dici ab hebraeo *ſepeliuit eum Deus*. Tunc enim ſpecus nomine ſepulturae venit, quumque eum ſimul Deo ſuauiſter inſpirante inuenerit, *ipſe Deus Moſen ſepelire*, non immerito effertur. Eſt enim ſolenne Hebraeis, vt quidquid Deo, vel diſponente vel etiam permittente contingit, id diuinâ opera eueniſſe plane pronuntient.

C A P V T III.

DE ENOCHI REDITV SVB FINEM MVNDF.

§. XL.

Vereor, ne priori adſertione multos offenderim. Conſtanti enim fama corroborata veritas habetur, vivere adhuc Enochum, et cum Elia altero felicitis aeternitatis candidato ante conſummationem ſaeculi ad nos rediturum. Quos ambo vt in domicilio ſibi congruo vitam

agerent beatam, vetustissimi iam Interpretes Colonos fecere Paradisi terrestri, in quo Adamum pridem deiectum condolemus. Alii, quibus acrior ingenii vis, probe intelligentes, diluuii tempore inundatum, et sublatum esse hunc Paradisum, vtrumque transfulerunt in hortum siue locum aliquem amoenum, quietum atque tranquillum, quem Deus illis siue in aere siue in terra praeparauit, vbi a perturbationibus huius saeculi et ab omni aerumna liberi altissima Dei contemplatione pascantur, non sine maxima iucunditate carnis spiritusque. Oportere enim visum est, vt locus sit conueniens et aptus talibus habitatoribus, qui communi sorte hominum exempti, seruantur in vita vsque ad vltimum Ecclesiae tempus; quando rursus in scenam huius mortalitatis producentur, vt Antichristo resistent, et ruinas populi Christiani instaurent, eodem regnante Antichristo interficiendi.

Cf. Nat. Alex. Diff. cit. et Corn. à lapide Comment. in Gen. C. V. Alfonso Salmeronis Comment. in Euangelicam Historiam et Acta Apost. Tom. VIII. tract. XXX. p. 253. - 258.

§. XLI.

Quantum autem intelligo, sententia haec vtut paradoxâ apertis innititur sacrarum litterarum fundamentis. De Enocho quidem Ecclesiasticus contendit XLIV. 16. *Henoch placuit Deo, et translatus est in paradisum, vt det gentibus poenitentiam; rediturus igitur in mundum ad poenitentiam hortabitur, verbo potens et opere, quotquot erunt superstites, eosque disponent, vt prodeant in iudicium Dei, et Antichristo resistent.* Quod ad Eliam spectat, eos ambigere non sinit oraculum Malachiae IV. 5. *Ecce, ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis.* Apocatyphis vero copiose loquitur de aduentu Enochi, eiusque focii. XI. 3. *δωσω τοις δυσι μαρτυροῦσι με, και προφητευσασιν ημερας χιλιας διακοσιας εξηκοντα, περιβεβλημενοι σακκηνη, dabō*

dabō

dabo duobus testibus meis, et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti sacco: Imo describit etiam genus vitae eorum, indumenta ac mortem, quam illis inferet bellua, de abyssis egressa.

§. XLII.

Ita plurimi argumentantur, num solide iuuat paucis inquirere. Ac de Ecclesiastici quidem loco vt initium faciam: esto, textum omnino iuxta lectionem vulgatae admittam, nihil certe exinde colligere licebit aliud, nisi quod intendimus, nempe *Enochum ob pietatis praestantiam statim a morte peruenisse in locum iustis omnibus destinatum?* Non me iacet, Paradisum nonnunquam denotare horti aut regionis amoenitatem, quo sensu Neh. II. 8. Eccl. II. 5. Cant. Cant. IV. accipitur. Quis autem nesciat, apud sacros auctores passim vsurpari pro Beatorum sede? Iudaei quippe Paradisum ita ferme sibi confinixerant, vti *hortum Eden*, primum Adami et Euae domicilium statim post creationem; atque vti *arua Elysia*, de quibus profani: vnde in morte iusti dixere, *collectum esse in hortum Eden, siue in sinum Abrahae*. Quo fit, vt Scriptores sacri et ipse Christus *coeli et paradisi* nomina promiscue vsurpent, vti de felici iustorum sede post hanc vitam sermonem instituunt, vt patet Luc. XXIII. 43, XVI. 22, Apoc. II. 7. Caeterum tacente me quis intelligit, quod *translatus est ipse* recte intelligatur *anima eius*, synecdoche integri. Praestantior hominis pars nomen totius sibi vindicat. Ita passim graeci et latini Poetae, animos corporibus solutos, hominum nominibus adpellant. Iosephus quoque id, quod Sauli adparuit, *Samuelem* vocat. Sic Euangelista de Lazaro commemorat, quod in sinum Abrahae *deportaretur*, ipse i. e. anima eius. Erat quippe vetus Iudaeorum traditio, Plurum animas deduci in Paradisum, et Angelorum quidem ministerio.

(*) *Παράδεισος* vox est, vt Pollux vere dicit, Persica; quanquam et Hebraei usurpant, vt dixi: sed Graeci vsu hanc vocem suam fecere. Cicero apud Xenophontem vertit *agrum conscriptum ac diligenter consitum*; *Viuarium* Gellius LXX. **גן** ita verterunt tum alibi, tum in *νοσμογενίας* historia: vnde factum est, vt iure quodam praecipuo *παραδεισος* vocetur Hellenistis, etiam Philoni, beatus ille hortus, in quo Adamum Deus collocarat. Post Esdrae tempora, quum res post vitam hanc mortalem euenturae, obscurius olim indicatae, propriis distinctisque nominibus adpellari coepere, felicitas post hanc vitam mortalem, sed praecipue piarum mentium a corpore separatarum, et resurrectionem exspectantium status, vocatus est Hebraeis **גן עדן**; quae voces hoc sensu in Talmudicis scriptis frequenter occurrunt. Hinc ille *εὐφροσύνης* *μοῦς* de mortuo, *sit anima eius in horto Eden*. Et in solennibus precibus tempore mortis, *partem habeat in Paradiso*. Et in alia formula: *Venite, qui custoditis thesauros Paradisi. Portas Paradisi aperite ei, et dicite pacem!* Hellenistae quoque *παραδεισῶν* eodem significato dixere, et Hebraei quidam **פֶּרֶדִּים**, qua voce Arabs interpres vitur Heb. XI. 5. agens de translatione Enochi. Causam huius nomenclationis mente adqui facile possumus. Et enim quia locus ille Adamo concessus deliciis omnibus abundauerat, ea similitudine animarum tutam tranquillitatem, qua solutae corporibus fruuntur, voluerunt indicatam.

§. XLIII.

Sed ne cogit nos quidem iste locus, vt Enochum in Paradisum quemcunque transmittamus. Graecus enim simpliciter habet: *Εὐαγγ. εὐφροσύνης μοῦς* *θεῶ και μετετέθη ἰποδειγμα μεταβείας ταις γενεαίς*. Itaque hoc in paradisum autor vulg. de suo addidit, quomodo et Arabs interpres ad Heb. XI. Illud vero *ἰποδειγμα μεταβείας ταις γενεαίς* sensum planum habet, *exemplar resipiscentiae aetatibus* i. e. temporibus suis. Iam tunc enim, vt supra monui §. IV., corruptela naturae humanae ex Adami peccato nata magnas vires et robur acceperat: nec tantum posteros Caini, sed etiam

etiam pii Sethi nepotes religionis et pietatis cultores, impunitas vitae, improbitas morum, denique libido eundi, quo sua quemque voluptas rapuit, penitus infecerat. Itaque qui flagitio se vivebant eo saeculo, quum intelligerent, beatam mortem oppetiisse Enochum ob pietatis mercedem, eo ipso monebantur, vt vitam corrigerent, si Deo placere vellent. Quod idem de posteris etiam valet; eo enim ipso, quod Deus Enochum, virum sanctissimum, prae caeteris aetatis suae maturius ad aeternae vitae solamen adsumserit, manifesto cognoscimus argumento, viros innocentes & pios cordi & curae esse Deo; vnde fit, vt improbi omnium retro saeculorum tam mirabili exemplo ad poenitentiam scelerum excitentur, probi vero ad spem vitae melioris erigantur (a). Sed iam ea, quae restant, veniamus.

(a) Pererius Comment. in gen. lib. VII. q. 4. Grotius in adnotationibus ad Eccles. h. 1.

§. XLIV.

Eliam ipsum ante supremum Iudicii diem esse rediturum, ex cit. quidem textu perperam stabilitur. Malachias non loquitur de Elia Thesbite, sed de Ioanne Baptista. Testis ipsa veritas Matth. XI. 14. *Ipse est Elias, qui venturus est; ὁ μελλων ἐρχεσθαι* Articulus in sermone Christi signanter dicit, Ioannem esse *illum* ipsum, qui expectetur ex Malachiae praedictione. Angelus Zachariam edocens manifeste alludit ad verba Malachiae Luc. I. 17. Sed de Elia pluribus differere nostri prohibet instituti ratio (*).

(*) Enodatus cit. loc. explicuerunt Iansenius in Concordia Euangeliorum cap. 2. Ligtfoot Harmonia I. 36. item in Horis hebraicis & Talmudicis.

§. XLV.

Postremo mirari profecto subit, Apocalypsin in sententiae adeo paradoxae testimonium trahi, librum eiusmodi, qui quam varie om-



nibus temporibus intellectus fit, & expositus, nemo vnus est, quem lateat. Nec mirum: *omnis prophetia*, vt adposite Irenaeus inquit, *priusquam impleatur, enigma est*; obscuritas autem verborum, rerum sublimitas, diuersitas visionum atque imaginum, quae ad res multas commode aptari queunt, alta mysteria, quae quem ad finem nescio, Deus scit, perpetuis hic texta comperis typorum inuolucris, acutum etiam solidumque virum facile in errorem inducunt (*). Certe & antiquissimi & florentissimi Ecclesiae Patres in expositione huius libri vel ignorantiam suam modeste fassi, vel in ridiculos, sit venia verbo! subin errores delapsi sunt: recentiores vero interpretes quantum opinionum dissentione discrepant? (b) Quos cana tulit antiquitas, Doctoris inde ab Irenaei aetate praedictiones de venationibus, quas Christiani sub imperatoribus ethnicis passi sunt, de interitu Romani imperii, et laetioribus fati Christianorum Christianis sub imperatoribus in hoc libro contineri existimarunt. Qui si vere senserint, & quis ea propter falsitatis eos arguet, impleta sunt pridem Ioannis oracula, frustra extremis mundi temporibus Enochus et Elias expectantur redituri. E recentioribus vero fati multi sunt, iique nostra omnium adtentione dignissimi, qui nihil in Apocalypsi reperiunt, nisi descriptionem propheticam euersionis Hierosolymorum, belli Iudaici & ciuilis Romani. Et in hac hypothese frustra quaeritur, quinam nominatim fuerint hi *duo testes*, de quibus cap. XI. mentio fit. Nam hi duo doctores repraesentare videntur omnes in vniuersum christianos doctores in Iudaea vsque ad tempus obsidionis. Hi vexati & partim etiam trucidati sunt, e. g. vterque Iacobus, sed eorum loco mox alii resurrexerunt. Aliorum de controuerso commate sententias enarrare meum non est (c).

(b) D. Ioh. Christoph. Doederlein *auserlesene zheologische Bibliothek*, 11ter Band, 2tes Stuck. S. 87, 88.

(c)

- (c) Consulantur hoc loco Ven. Herderi *Μαρτυρια* *das Buch von der Zukunft des Herrn, des neuen Testaments Siegel. Riga, 1779.* Roffenmüllerii scholia in Apocalypsin.
- (*) Neque tamen libri obscuritas contemtum, sed potius venerationem ei reconciliare debet, ac nostram magis operam studiumque excitare. De eo apte dici possit, quod Socrates de libro Heracliti, *ea, inquit, quae intellexi, visa mihi sunt valde generosa & praeclara, credo autem talia esse, quae non intellexi.* Sunt insuper quaedam per integrum contextum sparsa clarissime, quaedam & per repetitionem intelligibilia, ex quibus abstrusa illa vestigari queant, ita vt lectori non contentioso, sed candido apprime fiat satis: quaedam dicta diserte enucleantur, et multa explicare non est Herculei laboris. Neque enim signatum perpetuo libellum accepit Ioannes ab Angelo, sed iam apertum ab agno. Apoc. V. 5. 9. X. 2. 2.

§. XLVI.

Sed esto, concedatur hoc, quoniam id sibi postulant multi, & pro certo statuunt, textus nouissima Ecclesiae tempora respiciat, quibus Antichristus sit regnaturus: nae illi temere edisserunt, in textu legi, Enochum, comitante Elia, remissum iri sub exitum mundi. Venient certe, quod nullus dubito, extremis temporibus ingenui doctores animi, qui veritatem contra errores tuebuntur. Videbitur quidem religio euerfa Antichristi tyrannide: sed excitabit sibi Deus viros rei christianae vindices. *Δωσω* enim designat speciale mandatum ad hoc praestandum, & auxilium praesentissimum a Deo expectandum (*) Itaque testes illi indefinite intelliguntur ministri s. doctores Ecclesiae, vel s. Martyres omnes ex Collat. XVI. 6. XVIII. 24. vbi *occisi* dicuntur *prophetae & sancti*, quos dum coniungit, ostendit pro iisdem haberi. Huiuscemodi autem praecones veritatis rectissime *testes* Domini adpellantur, quia sinceri erant Apostolorum successores, legitime ad dicendam veritatem a Christo excitati; & vere *prophetarunt* i. e. mysteria



Dei & scripturas sanctas explicarunt, qui etiam recte *resurgere* dicuntur, nempe *in spiritu Enochi*, & *veritate Eliae*, quomodo Luc. I. 17. *ἡμερας χαλις διακοσίας εξημοντα* adlusio est ad Dan. VII. 24, 25. Describitur Antichristus ex collatione cum Antiocho, ob similem & Ecclesiae oppressionem et cultus Dei corruptionem & crudelitatis limitationem a Deo. Menses 42. s. dies 1260. faciunt ferme tres annos cum dimidio, qui numerus saepe occurrit in Apocalypsi. Celebris enim erat ex Daniele, quia per tantum temporis durarunt grauissima sub Antiocho mala, vrbe etiam tunc profanata. Voluit autem Deus mala similia pari temporis spatio includi, vt eandem sibi hac vexatione ostendat esse piorum curam, quae olim fuerat. Numerus hic finitus est pro indefinito, vt indefinite accipiuntur *septem millia V. 13. Centum quadraginta quatuor millia signatorum & stadia mille sexcenta. C. XIV. dimidia hora C. VIII.* & quid dicendum de tribus diebus cum dimidio testium occisorum, nisi quod tempus hoc innuat breue fore collatum cum temporibus prophetiae ipsorum? In tabulis & picturis, quas exhibet Apocalypsis, aliter res exprimi vix poterat. Et cur amabo, numerus dierum potius quam equitum, exercituum, spirituum definite acciperetur? (d) *Περιβεβημενοι σακκους* designat statum testium pauperem, vilem ac contemptum in mundo; eosque sub cruce agere, &, vt tales decet, se gerere. Notat ipsorum perseuerantiam in munere suo prophetico, Deumque horum Prophetarum successionem excitaturum, qui testimonium ferent toto regno bestiae. Hic enim habitus erat Prophetarum 4. Reg. I. 7. 8. Matth. III. 4. Et quum prophetae falsi prorsus tolluntur, id sic exprimitur, *nec operientur pallio saccino Zach. XIII. 4.*

(d) Durhamus apud Polum in synopsi Criticorum. Tom. V. pag. 1727.

(*) Hebraica locutio *δωσω και προφητευσουσιν*, pro *δωσω προφητευσειν*, *dabo, vt faciant ea, quae sunt prophetarum.* Par loquutio Ierem. IX. 1. *Quis dabit, & volabo i. e. vt volem?* & Pf. CXIX. 34. s. XLVII.

§ XLVII.

Nec est, quod quis reponat, testes eiusmodi *plures* esse, cur ergo *duo* dicantur? magno iudicio & non vno ex capite id fecit Hagiographus. Inter rationes plurimas, quas alii alias adferunt, haec mihi non vltima videtur, quod subsit elegans nec tortuosa adlusio ad veteres historias, qua Deus iam olim in praecipuis Ecclesiae vindicationibus duorum testium opera vti consuevit. ut Iosuae & Calebi. Sic bini testes erant Abrahamus & Lotus, Eldras & Nehemias, Aggaeus & Zacharias, Paulus & Barnabas, Petrus & Ioannes. Sic bini emissi Luc. X. r. *Duos* igitur dicit propter typum, qui binorum est. Respicit Patres illos illustres sub V. T. Moysis & Aaronis in Eremo, Eliae & Elifaei, sub Apostasia Baalitica, Zorobabelis & Iosuae sub captiuitate Babylonica. Ex illorum puta numero, conditione, potestate, reque gesta testes hi. Apocalyptici manifeste describuntur; quemadmodum & Ecclesiae status, in quo prophetarunt, Israelitico congruenter, Babylonis, Eremiti, & Gentilifini f. Baalifini imaginibus figuratur.

§ XLVIII.

Sed hora est, ut vela contraham. Satis iam multa verba de Enocho fecisse mihi videor, & si mei tenuitatem ingenii spectem, fortassis plura, quam debui. Id vnum, antequam finiam, aduertere mihi liceat, voluisse Deum omnibus retro saeculis extate praeclara testimonia resurrectionis mortuorum, ut a fugaci hac vita abduceret animos nostros, & in spem erigeret futurae beatitudinis. In primo quidem mundo hanc venturam & beatam vitam in pio Enocho ut vidimus, commendauit. Post calamitatem diluuii quid illustrius historia Eliae, per quem in alio mundo insigne exemplum, & spem melioris vitae post terrenae huius domus dissolutionem palam omnibus facere ter Optimo placuit. Nos vero, queis nasci contigit, in lege gratiae,



tiae, tanquam in tertio mundo, longe sublimius & nobilius habemus exemplum, ipsum Christum liberatorem, ascendentem in coelos, qui nobis omnibus ad bene sperandum quasi signum aliquod sustulit. Quod reliquum est, Deum immortalem precor, ut, qui fidelissimum sibi famulum Enochum iam inde a prima aetate hominum auspicatae via mortis in beatorum fortunata tabernacula adsumere, non sine altissimo consilio maturavit, eodem, veniendi duce gratia, comiteque virtute nobis omnibus diuinitus auxilium elargiatur, id quod confisi meritis diuini redemptoris nulli dubitamus, nos esse consequuturos ab eo, cui nostrarum seu actionum, seu dictorum, seu cogitationum omnium

SOLI HONOR ET GLORIA.



POSI.

POSITIONES

EX

VNIVERSA THEOLOGIA

SELECTAE.

EX SACRA SCRIPTURA.

- I. **G**en. XIX. 24. יהוה המטור על-סדם ועל-עמרה גפרית ואש יהוה מן-השמים denotat concitatae vim tempestatis : crebro fulmine Sodomam finitimasque vrbes pluribus in locis accendentis vna & subuertentis.
- II. Ibidem V. 26. ותהי נציב מלח hanc praeferimus interpretaationem : Vxor Lothi quum rediret , in solo falsuginoso haesit infixam, vel igne confumta, vel vapore suffocata.
- III. Exodi VII. 11. הכמים non sunt Magi , sed viri docti inter Sacerdotes Aegyptios , & rerum naturalium cognitione imbuti.
מכשפים rerum arcanarum periti , חרטמים rerum latentium & obscurarum interpretes.
- IV. ויעשו גכיהם חרטמי מצרים בלהטיהם כן ex serie narrationis & proprietate verborum discimus , quod hi imitati fuerint illa veri nominis miracula , ab Aarone & Mose patrata , artibus arcanis , dexteritate manuum , & clariori rerum naturalium cognitione , non ope diaboli.
- V. Deut. VIII. 4. hic nobis animo singularis erga populum suum diuinae prouidentiae argumenta recolenda sunt potius , quam miracula sine necessitate multiplicanda.
- VI. Iudicium XVI. 19. ותקרא לאיש ותגלח את-שבע מחלפות non in promissis crinibus, sed in fida,

fida , quae Nazaræis sacra erant , institutorum obseruatione positum fuisse robur Samsonis euincitur , ex collat. XIII. 5. Vulgata haud refragante.

VII. i. Reg. XVI. 14. וְרַחַם יְהוָה סָרַח מֵעַם שָׂאֵל וּבַעַתְתּוֹ רוּחַ דְּרֵעָה. *Qui immittente Deo Saulem exagitauit , morbus erat ex atra bile natus , quem suaue musices blandimentum facile leuabat.*

VIII. 4. Reg. II. 11. וְהָנָה רֶכֶב־אֵשׁ וּסוּסֵי־אֵשׁ וַיִּפְרְדּוּ Eliam vero curru igneo & equis flammam spirantibus abductum esse in coelum , nec sacri scriptoris mens est , nec sanus quisquam inde conficiet.

IX. Comate septimo i. Ioan. V. *οτι τρεις εισιν οι μαρτυρευντες εν τω θεω , ο πατηρ , και ο λογος , και το αγιον πνευμα . και οι τρεις εισ το εν εισι ad mysterium Ss. Trinitatis probandum nec opus habemus , nec testimonio dubio , multis ex capitibus suspecto , certam fidei doctrinam stabilire audemus.*

X. Luc. III. 36. *τα καιων nomen hoc loco nec in primitiuis Lucae , nec in LXX. interpretum libris extitit.*

E X P A T R O L O G I A .

I. Nec qui omnia , nec qui nihil tribuunt antiquorum Patrum auctoritati , recte sentiunt.

II. In rebus fidei & morum ad aedificationem doctrinae christianae pertinentium s. scripturam *iuxta unanimum consensum* Patrum tuto interpretamur , Trit. Sefs. IV.

III. Multos a veritate , faepe vitio temporis non suo , in certis argumentorum generibus aberrasse , plus quam euidentis est.

IV. Ab his erroribus modeste oculos auertere fas & iura sinunt ; sed nunquam , a debita eis reuerentia discedere.

- V. Reipublicae Christianae male consulunt, qui citra omne examen sibi praeclare docuisse videntur, si vel vnus S. Patris autoritate se tueri valeant.
- VI. Neque laudabilius faciunt, qui quum sequi se PP. sententiam prae se ferunt, acute magis, quam vere sententias eorum suis opinionibus potius, quam opiniones suas eorum dictis adcommodare student.
- VII. Praecipuas, quas in extricandis PP. voluminibus a perito lectore observandae sint, regulas quaesiti dabimus.
- VIII. Scripta genuina a supposititiis, a certis dubia caute discernere sanior critices vsus docet.

E X H I S T O R I A E C C L E S I A S T I C A .

- I. Celeberrima Plinii ad Traianum Imp. epistola genuina est, & perperam inter recentioris aevi dubios partus reicitur.
- II. Ex agendi ratione S. Cypriani & reliquorum Coepiscoporum rite concludimus, posse quandoque impugnari doctrinam fidei necdum definitam absque haereseos crimine.
- III. Antiquissimi Patres & sanctissimi Ecclesiae Praefules Imperatoribus improbis, haereticis, etiam Ecclesiam male habentibus, obsequendum docuerunt in iis, quae iura reipl. spectant: a quorum doctrina si quando Rom. Pontifices descuerunt, Ecclesia laudauit nunquam.
- IV. Potestas Monarchica Papalis falsis Isidorianis natales debet.
- V. Ex Concilio Pisano Oecumenico discimus, arduis causis mouentibus Episcoporum esse, vnitis animis & viribus conuenire ad celebrandum generale Concilium, inuito etiam Rom. Pontifice.
- VI. Decreta Constantiensia Sess. IV. & V. sicut reliquorum placita Oecumenicorum amplectimur & veneramur.
- VII. Basileense quoque, certe ad sessionem vsque XXV, in Oecumenicis rite numerari germanus quisque grato semper & memori animo fatetur.



EX IVRE ECCLESIASTICO.

- I. Merito exactius examen hodie circa recipiendos ad monasticam professionem quam olim praemittitur.
- II. Ius affyli iuri diuino non recte adscribitur, cuius tamen vsus constitutionibus positius arctatus reipl. securitatem non offendit.
- III. Iura Stolae simoniaca prauitatis argui nequeunt.
- IV. Excommunicatio non nisi aliis mediis frustra adhibitis & cum magna circumspectione ferenda: sine graui causa siue iniuste lata nulla est.
- V. Si quando Principes potestate sibi concessa abutuntur, non sunt a potestate Ecclesiastica grauiter exasperandi, sed vbi sacerdotum admonitionibus non adquieuerint, diuino iudicio prudentius referuandi.
- VI. Qui modestum sic dicti Placeti regii vsum negant, & in Imperium & Ecclesiam sunt iniuriosi.
- VII. Episcopi dioeceses suas regunt nomine & iure proprio, tanquam veri nominis Hierarchae, a Deo instituti.
- VIII. Ipsis ius competit, reformandi Breuiarium.
- IX. Nulla consuetudine, nulloue priuilegio Episcopus impediri potest a visitatione, quae exigitur, vt animas sibi commissas regere ac dirigere possit.
- X. Parochorum institutum, si ea, quae recentior Ecclesiae disciplina addidit, demantur, Diuinum est.

EX THEOLOGIA DOGMATICA.

- I. Deus vnus est in substantia, trinus in Personis.
- II. Christus & verus homo & verus Deus est, eiusdem cum Patre substantiae.
- III. Idem vere proprieque, ac plenissime satisfecit Patri suo pro peccatis humani generis.

IV.

- IV. Peccatum, quod originis dicimus, in omnes Adami posteros diffusum est.
- V. Christus in Eucharistia vere, etiam extra usum, praesens, iure fidelibus adorandus exponitur.
- VI. Missae sacrificium est vere propitiatorium: Deo soli, non Sanctis offertur.
- VII. Confessio peccatorum post baptismum commissorum a Christo instituta est ac mandata.
- VIII. Communio sub vtraque specie nec mandatum diuinum, nec perpetuam Ecclesiae consuetudinem habet.
- IX. Sanctorum inuocatio & licita est & nobis proficua, nec diuino mediatori iniuriam facit:
- X. Dummodo in eorum cultu, reliquiarum honore, & imaginum legitimo usu omnis absit superstitio, aut turpis quaestus.
- XI. In his si qui abusus irrepererint, eos semper detestata est S. Ecclesia, & prorsus aboleri vehementer cupit, Trid. Sess. XXV.
- XII. Stabit immota religio & christiana virtus, neque animarum salus periclitabitur, etiam si plures coeteroquin piae traditiones amendantur.

EX THEOLOGIA MORALI.

- I. Haec *pro obiecto* habet mandata diuina de vita hominis recte instituenda; *pro fine* felicitatem hominis veram, stabilem, perfectam.
- II. Author felicitatis nostrae Deus substantias a se creatas libertate voluit esse praeditas, qua vires actionesque suas ad sublimem creationis finem dirigerent.
- III. Is rerum creatarum usu haud continetur, ipsum Deum respicit:



- IV. Quem quidem finem vt omnes simili consequerentur ratione, ac-
quissimas, tutissimas, perfectissimas diuinus liberator Christus fan-
xit leges,
- V. Ad quas tanquam vnicam viuendi normam omni se modo effinge-
re Christianorum quisque adstringitur.
- VI. Adtingunt statum hominis A) internum, B) externum.
- VII. Ille consistit in perfectione intellectus & voluntatis. Vnde effi-
cacissima simul adsignant remedia, studium sanctitatis, incremen-
tumque vitae spiritualis promouendi.
- VIII. *Externus* ipsa hominis officia complectitur, tum a) generalia
& communia omnibus erga Deum; tum b) specialia ex statibus ho-
minum particularibus orta.
- IX. Constans & serium studium, praecepta diuina in omnibus adimplen-
di, *virtus* dicitur.
- X. Vnde quid sceleris, quid malitiae nomine veniat, facile dignoscitur.
- XI. Vacare culpa nondum *virtus* est.
- XII. Vna alteraue actio, siue bona, siue mala, nec arguit hominem
virtute praeditum, nec malitia.
- XIII. Proprie si loqui velis, nonnisi vna *virtus*, vnum scelus est;
vtriusque tamen diuersos obseruamus gradus.
- XIV. Illa ad felicitatem manuducit aeternam duraturam, hoc ad interi-
tum nulla temporis longinquitate finiendum.

EX THEOLOGIA PASTORALI.

- I. Versatur haec circa munia rite adimplenda ei, cuius fidei ani-
marum cura demandata est.

- II. Sunt autem triplicis generis. I. Munus docendi, II. Sacramenta dispensandi. III. Exemplo ad virtutem aliis praelucendi.
- III. Ad docendi munus referuntur A. *κατηχησις*, quae imperitos iuuenum animos primis christianae fidei praeceptis imbuat, B. *παινεσις* genus adhortatorium, quo traditam veritatum diuinarum cognitionem loco, personis, tempori facile adcommodat, & in quotidianos vsus & exercitationem conuertit. C. *λογισης* Doctrina Spiritus, quae hominis in hominem opitulandi studium & sinceram in Deum amorem mirifice nutrit, & auget. D. Orationes sacrae pro concionibus dicendae. E. Instructiones priuatae.
- IV. Hae autem & facultatem exigunt
- a) Cum morientibus & infirmis paterne,
 - b) Cum exteris ad sacra nostra transire volentibus caute,
 - c) Cum delinquentibus fraterne,
 - d) Cum obstinatis grauius,
 - e) Cum moerentibus & egenis amice,
 - f) Cum anxiiis, nimiumque timidis, sensim ac leniter agendi.
- V. In omni institutione christiana potius perspicuitas sine sermonis elegantia, quam sine perspicuitate elegantia sermonis praehabenda: rectius agit, qui scite iunxerit vtramque.
- VI. Optimus ille est, qui ita docet, vt non quaerat gloriam suam, sed vtilitatem audientium.
- VII. Parochus vel quiuis alius Sacerdos, ad quem Sacramentorum administratio pertinet, id continuo mente agitet, se sancta tractare, atque omni fere temporis momento ad tam sanctae administrationis officium paratum esse oportere.



VIII. Confessarius imprimis meminerit, se diuinae iustitiae simul & misericordiae Ministrum ad Deo constitutum esse, vt tanquam arbiter Deum inter & homines honori diuino & animarum saluti consulat.

IX. Non, multorum confessiones excepisse, sed poenitentium, paucorum licet, morbos animae sanasse, e re est & confessoris & confitentium.

X. Tertium Pastoris munus complectitur α . rem domesticam β . habitum γ . gestum δ . incessum ϵ . sermonem ζ . rationem vitae erga

Domesticos,
Subditos,
Exteros.

XI. Quibus omnibus talem se gerat oportet, vt quod imitentur, omnes habeant, nihil quod *iure* calumnietur, vllus reperiat.



*Errata.**Correcta.*

pag. lin.	
3. not. b. singularum	singularum
10. 3. subfelli	subfelli
11. 5. adfertione	adfertioni
12. 4. contenderunt	contenderent
-- 17. exilii	exitii
18 19. prophetisse	prophetisē
-- 21. aiourd' hui	aujourd' hui
-- 23. fvile	fvite
20. 25. אֵד	אֵדוּנָה
21. 27. תָּב וּנְנָת	תְּבוּנָת
23. 1. θη	δη
24. 26. Eclihu	Eclihu
25. 10. adduciturum	adduciturum
27. 19. quare	quae
28. 7. quod	quae
34. 4. Sicleno	Sileno
38. 26. praetexuit	pertexuit
39. 2. και ηυρισκιστο	και εκ ηυρισκιστο
-- 3. προ την	τροπην
-- 3. αρχην	αρχην
40. 20. μετατεθη	μετετεθη
-- 21. εκ	εκ
41. 17. ad	sed

*Errata.**Correcta.*

pag. lin.		
45. 4.	ad quam exhortetur	vt exhortetur
-- 13.	παντες	παντες
47. 21.	ρων	ζων
48. 3.	ευαρεστησαι	ευαρεστησαι
50. vlt.	responsione pendent.	de Responf. Prudent.
52. 21.	cuitu	exitu
53. 10.	sepeluit	sepeliuit
54. 2.	in quo	ex quo
-- 22.	disponet	disponet
55. 16.	vti	vbi
56. 11.	גַּד שָׂרָה	גַּד עֲרָה
-- 18.	adqui	adsequi
-- 26.	ματαιικωσ	μετανοικωσ
58. 12.	Doctores. Venationibus.	Doctores. Vexationibus
60. 19.	περιβεβημενοι	περιβεβλημενοι
-- 28.	προφητευσουσιν	προφητευσασιν
63. II.	interpretationem	interpretationem
-- VI.	Iudicium	Iudicum
68. VIII.	erga Deum	plane omittitur



VIII. Confessarius imprimis meminerit, se diuinae iustitiae simul & misericordiae Ministrum ad Deo constitutum esse, vt tanquam arbiter Deum inter & homines honori diuino & animarum saluti consulat.

IX. Non, multorum confessiones excepisse, sed poenitentium, paucorum licet, morbos animae sanasse, e re est & confessoris & confitentium.

X. Tertium Pastoris munus complectitur α . rem domesticam β . habitum γ . gestum δ . incessum ϵ . sermonem ζ . rationem vitae erga

Domesticos,
Subditos,
Exteros.

XI. Quibus omnibus talem se gerat oportet, vt quod imitentur, omnes habeant, nihil quod *iure* calumnietur, vllus reperiatur.



*Errata.**Correcta.*

pag. lin.		
3. not. b. singularum	3. not. b. singularum	singularum
10. 3. subfelli	10. 3. subfelli	subfelli
11. 5. adfertione	11. 5. adfertione	adfertioni
12. 4. contenderunt	12. 4. contenderunt	contenderent
-- 17. exilii	-- 17. exilii	exitii
18 19. prophetisse	18 19. prophetisse	prophetisē
-- 21. aiourd' hui	-- 21. aiourd' hui	aujourd' hui
-- 23. fvile	-- 23. fvile	fvite
20. 25. איד	20. 25. איד	איד
21. 27. התב ונת	21. 27. התב ונת	תתבוננת
23. 1. θη	23. 1. θη	δη
24. 26. Eclihu	24. 26. Eclihu	Eclihu
25. 10. adducturum	25. 10. adducturum	adducturum
27. 19. quare	27. 19. quare	quae
28. 7. quod	28. 7. quod	quae
34. 4. Sicleno	34. 4. Sicleno	Sileno
38. 26. praetexuit	38. 26. praetexuit	pertexuit
39. 2. και ηυρισκετο	39. 2. και ηυρισκετο	και εκ ηυρισκετο
-- 3. προ την	-- 3. προ την	τροπην
-- 3. αργην	-- 3. αργην	αρχην
40. 20. μετατεθη	40. 20. μετατεθη	μετετεθη
-- 21. εκ	-- 21. εκ	εκ
41. 17. ad	41. 17. ad	sed

*Errata.**Correcta.*

pag. lin.		
45. 4. ad quam exhortetur	45. 4. ad quam exhortetur	vt exhortetur
-- 13. παντες	-- 13. παντες	παντες
47. 21. ρων	47. 21. ρων	ζων
48. 3. ευαρεσθησαι	48. 3. ευαρεσθησαι	ευαρεστησαι
50. vlt. responfione pendent.	50. vlt. responfione pendent.	de Responf. Prudent.
52. 21. cuitu	52. 21. cuitu	exitu
53. 10. sepeluit	53. 10. sepeluit	sepelivit
54. 2. in quo	54. 2. in quo	ex quo
-- 22. difponent	-- 22. difponent	difponet
55. 16. vti	55. 16. vti	vbi
56. 11. גדרו גדרו	56. 11. גדרו גדרו	גדרו גדרו
-- 18. adqui	-- 18. adqui	adsequi
-- 26. μετανοιωσ	-- 26. μετανοιωσ	μετανοιωσ
58. 12. Doctōris. Vexationibus.	58. 12. Doctōris. Vexationibus.	Doctores. Vexationibus
60. 19. περιβεβλημενοι	60. 19. περιβεβλημενοι	περιβεβλημενοι
-- 28. προφητευσουσιν	-- 28. προφητευσουσιν	προφητευσουσιν
63. II. interpretatiōnem	63. II. interpretatiōnem	interpretationem
-- VI. Iudicium	-- VI. Iudicium	Iudicium
68. VIII. erga Deum	68. VIII. erga Deum	plane omittitur